IOANNIS ANDREAE
I. C. BONONIENSIS
OMNIVM CANONICI IVRIS
INTERPRETVM FACILE PRINCIPIS,

In sextum Decretalium librum Nouella
Commentaria

AB EXEMPLARIBVS VARIIS
per Petrum Vendramenum in Pontificio Venetiarum foro
Aduocatum, mendis, quibus referta erant, diligen-
ter expurgatis, nunc impressa.

His accesserunt doctissimorum virorum annotationes,

Summis, ac rerum omnium memorabilium Indice locupletissimo.



VENETIIS,
Apud Hæredem Hieronymi Scoti.
M D C X I I.

ELENCVS TITVLORVM
alphabetico ordine digeſtus.

FINIS.

IOANNIS ANDREÆ BONONIENSIS

IVRIS CANONICI FONTIS VBERRIMI,

In Sextum Decretalium Librum Commentaria (quæ Nouellas appellauit) acutißima.



Vm eram paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Cum autem factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli. prima ad Corinth. 13. licet diuinæ Maiestatis consilium supernaturaliter quandoque reuelet paruulis, quod fenioribus tenet occultum. Matth. 11. Lucæ. 10. Naturali tamen ex cursu discernimus paruulos ætatis progressu, & experientia casuum pleniorem veritatis mensuram attingere, quasi pedetētim, vt scripsi super clementinarum proœmio, quòd probat idem Apostolus ad Hebreos 5. in fi. dicens. Omnis qui lactis particeps est, expers est sermonum iustitiæ, paruulus enim est. Perfectorum autem cibus est cibus solidus eis qui pro consuetudine excitatos habent sensus ad discretionem boni & mali, & ad Ephes. 4. Iam non sumus paruuli fluctuantes & circumferentes nos omni vento doctrinæ. Et ob hoc dicebat psalmista de se psal. 36. Iunior fui, etenim senui. & patrinus meus beatus Hieronymus ad Nepotianū de vita clericorum dicit, quòd quis ætate fit doctior, vsu instructior, & temporis processu sapientior. Ibi vide in Hieronymiano, in prin. Ad idem 26. q. 4. sciendum. post prin. Cum autem reprehensibile docentis verbo vel scripto principaliter consistat in tacendo dicenda, vel dicendo tacenda. 63. di. sit rector. in prin. vtrique reprehensioni in gl. huius libri me sciens fore subiectum, existimaui hoc vtile cōtra primum prosequi super hoc libro Nouellam, quæ tacita suppleat, & contra secundum apparatum, additionibus tamen paucissimis reformare, quæ suppleāt, quod de originali deficit. & maxime propter clementinas, corrigēdo quod expedit, quod imprudenter fieri æstimabit imprudens, vt dicit Aug. in li. retractationū, in prin. facit de accu. qualiter. 1. & concor. quas allegat ibi. 3. gl. Constat ēt, vt eod. li. dicit Augu. quòd in multiloquio facile falsiloquium incidit, cui bene conuenit, de iureiuran. & si Christus. in fi. Et dicit Hieronymus in prologo libri Iob. Esse non potest, quòd in aliquibus non errent multa scribentes, quia vero sicut malum est homini, vt veritas eum vincat inuitum, ita bonum est illi, vt volens vincatur ab illa, secundum Augu. in epistola ad Pascentium arrianum, in fin. Ideo quia paruulus scripsi, nunc autem in ætate virili volens me veritati subijcio, imitando Hieronymianum. quod vide in Hieronymo super Abdiam, in princi. Et est præsciendum, quod si glossas meas inordinarias recipi, vel in solennibus chartis circa textum describi putassem, nullum, vel summe breue proœmium posuissem, & quam plura breuius descripsissem; sed sperans saltem alterū per alterum de compilatoribus ordinarias glossas scribi, mihi licere putabam deformes chartas ouinas interdum de non multum expedientibus occupare. Secūdo sciendum, quod ad senarium numerum pertinet tres fuisse huius libri cōpilatores, de quibus in proœmio, & tres fuisse glossatores, de quibus constat. s. dñm Io. mona. & me, qui fuimus concurrentes, & Archi. qui scripsit primis apparatibus publicatis. In quibus autem discordauerim ab eis in modo glossandi, dicam ī. super prima rub. Quamuis vero autem secuti sunt nos tres, quorum aliqui omnium trium faciunt mentionem. Ego autem prædictorum duorum & aliorum scripta hic inseram, prout potero, decertata q̄d suum fuerit cuique tribuendo. Est. n. vt dicit Plinius secūdus ad Vespasianum, benignum & plenum ingenui pudoris fateri, per quos profeceris. Item obnoxij profecto animi & infœlicis ingenij est deprehendi in furto malle, quā mutuum reddere &c.

SVMMARIVM.

1 *Causæ tantum sunt quatuor, quarum duæ sunt essendi, vt materialis, & formalis, & aliæ duæ fiendi, vt efficiens & finalis.*

PROOEMIVM.



Onifacius. Antequam ad tex. vel gl. primam descendā, est sciendum, q̄ Io. mona. cardinalis in hoc summe cōmendandus, q̄ post cardinalatum satis laborauit ad scientiam in se augendam, quam & alijs in hoc libro cōicauit, nulli dirigens opus suum. Inchoabat post Dei inuocationem, quòd quia secundum philosophum. Scire est rē per causas cognoscere. 23. q. 8. occidit. de testi. cum causam.
1 ideo dicebat se velle causas distinguere, dicēs † quòd causæ sunt quatuor, quarum duæ sunt essendi, vt materialis & formalis, & duæ fiendi, vt efficiens & finalis. subdens, quòd finis est causa causarum in intentione, sed est effectus causarum in executione. 35. di. ab exordio. & c. sexto die. Dat exemplum. Intendo domificare ad hunc finem, vt domus me protegat a calamitatib. ab intensis calorib. & pluuijs, hic finis mouet efficientē, motus per hoc efficiēs præparat materiam, & tandem in materia præparata inducit formam, ex quibus finis inducitur, vt effectus causarum. De cęteris, quæ hic prosequitur, vide quod dixi in proœmio Gregorianæ compilationis super 1. glos. Archi. autem opus suum dirigens ad rectores vniuersitatis scholarium huius studij narrat, quomodo ad studētium instantiam assumpsit hoc opus glossandum secundum capacitatem sibi datam a Deo, cuius multæ sunt operationes. 1. q. 1. multæ. Inchoat autem, quomodo Dñs formauit hominem &c. per modum quem scripsi post Goff. super rubri. de constitu. concludens pro Christi suffragio suæ matris & beati Petri principis apostolorum, quem dicit suum continuum directorem. ¶ Prima glo. legitur,

sine recitatione, tamen etiā facit, nam allegatione & causa præmissis inuocat suffragium diuinum exprimens ad quid, secundo ponit operis vtilitatem, quam optat. tertio de quadruplici hominum sermone loquens operis defectus excusat & profectus attribuit Archidiа. quem commendat & cui submittit hoc opus. ¶ In glo. 1. ibi, [postulecur.] Valerius libro 1. c. 4. Humana consilia castigâtur, vbi se cœlestibus præferunt. Et ibi, [christianus] in fin. & ibi soluit glo. contrarium canonis. 22. quæst. 2. quæritur. Et ibi, [psalmista] cum psalmo. 72. Quam dilecta tabernacula tua domine. Et ibi, [detrahentibus] contra quas Hieronymus in prologo Esdræ, cum post prin. præmisisset, quòd detractores sui sæpe contra se, conscientia repugnante lacerant, quæ occulte legunt. Subdit in fi. Nunquā meum Christo iuuante silebit eloquium, etiam præcisa lingua balbutiet. legant qui volunt, qui nolunt, abijciant, euentilent, apices literas calumnientur. magis vestra charitate prouocabor ad studium, quam illorum detractione & odio deterrebor. Et Aug. de errore monachorum loquens in libro de natura boni. dicit, quòd sensus perdiderunt studio contradicendi. Et ibi, (insufficientissimum) Hieronymus ad Pauli. 6. c. Sola Scripturarum ars est, quā passim sibi omnes vendicant. Scribimus indocti, doctiq; poemata passim. Vide in Hieronymiano super Galatb. & super Mich. D. Et ibi collegi hoc quod sequitur, honoris sui causa dictum fuit, cum enim circa ipsius beneficia factis tunc mereri non possem, decuit verbis animum non celari. Ipse. n. me gratis doctorauit inuitum, liber enim & inops, lasciuus & iuuenis seruile docentis officium & magisterij onus & lenium subire nolebā, ad quod me ipsius reuerentia & dolus bonus induxit. hęc dixi, ne credas adulationis actum, qui post infantiam continue displicuit, in adolescentia placuisse.

S V M M A R I V M.

1 *Seruus seruorum Dei, quis summorum Pontificum primum sibi hunc titulum assumpserit.*
2 *Papa scribens vniuersis debet se præmittere, & præter eū nemo.*
3 *Bononia quando cępit habere studium.*
4 *Doctrina interpolata perit, continuata viget.*
5 *Cletus papa natione Romanus primus in suis literis posuit hanc clausulam, & apostolicam benedictionem.*

Bonifacius.

Salutatio, & contra id, quod hic se papa præmittit, ponit Archid. qđ scripsi post Vinc. in procemio a gregoriano super ver. Gregorius [a] seruus seruorum Dei. 1 legitur in cronicis Mar. † quòd bea. Gregorius fuit primus qui sic se scripsit, habetur autem clausula. 1. quæstio. 3. saluator, in titu. & c. ex multis, in fi. 30. quæstio. 3. capit. 2. in titulo. & sup. de senten. excommu. relatum. in fi. secūdum Archi. Hieronymus ad Rusticum natura bonus dicens, seruum seruis esse te cōuenit, de Dyogene legimus, quòd cum dixisset Alexandrum seruum seruorum suorū. interrogatus ab eo, quare id dixerat, respondit, ego præualeo cupiditatibus meis refrenans illas & subijciens mihi illas, vt mihi seruiant, tibi autem cupiditates præualent & illarum cum seruus efficeris, illarum obtemperas iussioni. seruus igitur es seruorum meorum (dilectis) dicit Archi. quod quandoque papa vocat dilectissimos. 12. quæstione prima, dilectissimus in princi. quandoque subticet hanc dictionem, 12. quæstio. 1. 2. cap. 1. 14. quæst. 1. didicimus. in titu. quandoque vocat reuerendissimos. 20. q. 3. capitu. 2. in tit. (vniuersis) dicit Gui. in gregorianis, 2 quod † alius, quam papa scribens vniuersis non debet se b præmittere [b] quia posset litera peruenire ad maiorem, hic tamen scribitur generi certo (Bononiæ) ethimologiā no- 3 minis, quam hic ponit Ioan. mona. Et † quando hic cœpit esse studium, vide in clemen. de magi. capitu. 1. in glo. dicitur. (Commorantibus) dicit Ioan. mona. quod per hæc verba instrui cupientem studere in quinque. s. vt eligat locum aptum ibi. Bononiæ, doctorem idoneum. ibi, doctoribus, quòd studio vacet ibi, scholaribus, vt dicam super gl. q se ad diuersa non distrahat, ibi, vniuersis. q cōtinuet studium, quòd dicit colligi per interpretationem per verbum commorantibus, & inducit illud. 4 Doctrina † scholaris interpolata perit, continuata viget. alle. ff. de lega. 1. l. legatis. §. ornatricib. (Salutem,) per salutationem fit indignationis remissio, 63. distinctio. cum Adrianus. in §. In. stit. de iniuri. in fi. & per pacis osculum sacramentis ecclesiæ consentitur. de conse. dist. 2. pacem. (Apostolicam benedictionem.] cum maioris sit benedicere, 21. dist. denique. ipse omnibus christianis maior, ipsis merito benedicit. Benedicere vero debet populo, qui ipsum nō metuit consecrare, 96. di. ecclesiæ, & vt dicit Archi. † legitur, in 5 prædicta cronica, q Cletus natione Romanus primus in suis literis posuit hanc clausulā, vnde quandoq. papa ponit solum salutem & nō plus. 23. q. 3. Cyprianus. & 14. q. 1. didicimus. in ti. quandoque etiam subticetur salutatio, vt prædictis c. 1. q. 3. ex multis. & 30. q. 3. c. 2. in titulo.

ADDITIONES.

a ¶ Seruus seruorum. Papa ante coronationem non dicitur seruus seruorum, vide Bal. in proœ decre. & gl. in proœ. cle. in ver. pōtificatus. Spec. in tit. de rescrip. præsen. §. 8. ver. item. & Abb. in dicto proœm. clemen.

b ¶ Præmittere. Nota hic, quòd solus papa scribens debet se præmittere. Papæ autem qualiter scribatur, vide in Spec. de appel. §. 3. ver. alij sunt. & de rescrip. præsen. §. 3. iuxta prin.

S V M M A R I V M.

1 *Prosper vnde componitur.*
2 *Volumen vnde dicitur.*
3 *Infinitum dicitur multis modis.*
4 *Digerere est per ordinem scribere.*
5 *Gratia per papam facta nondum scripta in solita literarum forma, vel scripta, sed nondum bullata, an expiret moriente papa, & num. 6.*
7 *Scriptura probatoria principis debet intercedere in concessione dignitatis, vel officij, quan. facit princeps, & num. 8.*
9 *Scriptura, quæ fit ad faciliorem probationem, ideo sine illa valet quod agitur, dummodo probari possit.*
10 *Donatio imperialis an egeat scripto.*
11 *Numerus senarius quare dicatur perfectus.*
12 *Donatio, quæ ante nuptias dicebatur fieri, et augeri, an tunc possit fieri, & augeri constante matrimonio.*
13 *Prænomen & cognomen potest licite mutari, dummodo fiat sine alterius præiudicio.*
14 *Tempus centum annorum dicitur longissimum tempus vitæ humanæ.*
15 *Bonifacius vnde dicatur.*
16 *Patribus sanctis consuetudo fuit mutare nomina his, qui in melius mutarentur.*
17 *Sergius natione Romanus primus Romanorum Pontificum nomen suum mutauit, vocabatur prius os porci.*
18 *Episcopi consecrantur, presbyteri ordinantur.*
19 *Gradus non inuenitur super gradum episcopatus quo ad regimen corporis mystici circa spirituales & sacramentales actiones.*
20 *Episcopus Hostiensis papam consecrat.*
21 *Scholarem esse, est in studio vacare.*
22 *Aetates quatuor notantur.*
23 *Aetates, vel generationes mundi non variantur secundum substantiam, sed secundum statum.*
24 *Aliquota quid sit.*

Sacrosanctæ.

Incipe constructum ibi, præsidentes. secundum Ioan. mona. secundū quem hoc procemium diuiditur in quatuor partes, in exordium. narrationem, i. §. iam argumentationem. i. §. quem librum. cōnclusionem i §. vniuersitati. primā subdiuidit in duas, in exordium gnale. secundo in magis concretum vltra speciale.

ſpeciale. In primo tangit eminentiam Romanæ eccleſiæ
in præſidentia & in ſubditorum cura. ſecundo eius eminē
tiam in iurium antiquorum declaratione & nouorum edi
tione, ibi, & quas. ſecunda principalis ibi, ſanæ. primo nat
rat de cauſa efficienti principali. ſecundo ibi. per venera
biles. de cauſa efficienti non principali, ſed cooperante,
vel inſtrumentali, tertio in quibus. in fin. huius operis ex
narratis concludit 3. principaliter. primo arguit operis
perfectionē ex numero ſenario. ſecunda ibi, nec ſine cau-
ſa. ex diſpendiorum, expenſarum & laborum euitatione.
quartam non ſubdiuidit, [creditæ] id eſt commiſſæ, ſic
de appella. dilectis. in prin. [diſpenſationis.] ſumitur hoc
verbum pro iuris relaxatione, & pro diſpenſatione ſecun
dum Ioan. mona. & vide ſupra de torneamen. capitulo ſe
cūdo, in glo. penul. [proſperitate] † componitur proſper,
ex procul & aſper, quaſi procul ex aſperitate & moleſtia.
Archidia. [conceſſum] quia omne datum optimum & c.
1. quæſtione 2. quam pio. Archi. [& quas] hic iunge re-
primamus, prout nobis eſt poſſibilitas, & quas &c. [pa-
pa] vide, quod ſuper hac dictione no. in procemio cle. nē.
j. hoc ſane. in princip. [apicem,] ex apes apis, & apes api-
is, vt ſcripſi in clemen. de iureiuran. Romani. in princip.
gratia] vide, quod no. in clemen. de magi. capi. primo. in
; gl. [magiſtrum.] infra dicit doctorem. vide, quod no.
n clemen. de magi. cum ſit. in 3. gl. [in domo] vide quod
no. in clemen. de ſtatu mona. ne in agro. in prin [volumi-
nis] † ſic dicta a voluo voluis, propter multam reuolutio
em chartarum, ſic & certo libro legiſtarum inuoluit no-
en voluminis, quia in illo diuerſorum compoſitorum li
ri voluuntur, quod non eſt in alijs, [qui numerus.] unde
icitur, & quomodo diuerſimode ſumitur numerus, tra-
at hic Archi. quod plenius videre poſſes in Catholicon
dictione numerus. [Infinitos.] † tractat hic Ioan. mo-
. quomodo multis modis dicitur infinitum. [a] Vno mo-
ſecundum philoſophum dicitur de eo, cuius quantita-
n accipientibus eſt aliquid aſſumere vltra, & ſic appo-
io in quantitatibus diſcretis, & diminutio in continuis
in infinitum procedunt. Item ſumitur infinitum pro in-
umerabili, vt hic, & eccle. 1. Stultorum infinitus eſt nu-
erus. Item pro generali, de reſcrip. capitu. 2. Item idem
, quod valde excedens. ff. ad l. fal. alienus. Item, ideſt
 quotieſcūque. ff. de lega. 3. fideicommiſ. §. ſi quis, 10. Itē. i.
icunque aliquid generis nominati. ff. de fun. inſtr. cum
laniones. §. aſinam. itē quælibet pars. ff. de ſerui. ſi cui.
n l. quan enim liber. ff. de in litem iu. videamus §. iurare.
n. l. quod incertum, vel indeterminatum. ff. de cōdi. &
non ſtra. l. conditionum. Item ſine temporis præfinitio
C. de ſacroſan. eccle. l. ſi. ff. de dam. infec. qui bona. §. vl.
geſtum] concor. proœ. clemen. in princip. & quod ibi
i ſecundum Ioan. mona. in addi. hic exponit digeſtum
ſerre geſtum, cum in hoc libro ſuperflua ſint amota
a & declarata, vt ſupra, §. ſane. nam † digerere eſt ex-
re ordinare, ſeu per ordinem deſcribere, ſicut dicun-
ibri digeſtorum, quia in eis iura explicantur, & ordi-
ſcribuntur, ſic & cibus digeri dicitur, quando porus
membra nutrientia dirigitur, de conſe. diſtin. 5. nihil.
. [tra oſmittimus] hic tractat Archi. † an gratia [b] per
am facta nōdum ſcripta in ſolita literarum forma, uel
ta, ſed non bullata, expiret moriente papa, & tenet
ſ non, alleg. infra, de preben. ſi apoſtolica. in fin. inſti.
ona. §. perficiuntur. C. de dona. inter vi. & vxo. dona
s. 2. C. de teſt. omnium, & quia in beneficijs ex colla-
ſine traditione ius tranſit, infra de conceſ. præben.
u. fin. & ſic olim conſului in quadam cauſa eccleſiæ
rtinæ inducens inter alia. 25. quæſtione ſecunda, in-
jonis, & quod ibi no. quod hic Archi. non allc. & ob
facit conſtitutio ſuper cathedra. circa fi. ver. nos ete
nouata per concilium Vien. & de ſepul. dudum,
hoc. Et huic conuenit, quod plene ſcripſi de. l. uel
tutione, an in illa neceſſaria ſit ſcriptura, infra de

reg. iur. nemo poteſt ad. dicit hic Archi. quod quidam ma
gis curiales licet hoc fateantur, dicunt ad probationem
rei geſtæ literam requiri, pro quibus facit 2. quæſtio. 1. le-
gum. extrauagans Bonifacij. iniunctæ, & de ſent. excom-
muni. proinde. in fi. infra de teſti. præſentium, 8. quæſtio-
ne 5. capitu. 1. allegatur etiam 2. quæſtio. 6. ſi epiſcopus. &
6 quæſt. 5. quanto. hinc eſt, quod is † cui per papam fit gra
tia ipſius literis debet eſſe munitus, infra de ſimo. ex dili-
genti. in fi. & facit quod ibi no. ¶ Ad primam partem
cōtrariam. l. quòd expiret, ipſe Archidia. alle. C. de diuer.
reſcrip. ſacri affatus. C. de quadri. præſcrip. bene a Zeno-
ne. §. quæ omnia reſeruantes. Et no. quòd in illa l. ſacri. lo
7 quitur in priuilegijs. † Item in conceſſione dignitatis, vel
officij, quam facit princeps, intercedere debet ſcriptura
probatoria principis. C. lib. 12. de agē. in re. l. matriculam.
circa fin. C. de re mili. neminem, in princip. C. de diuer.
offic. l. probatorias. & facit quod ibi no. Item facit C. de
epiſ. & cleri. ſi qua per calumniam, in fi. in auc. de ſanc.
epi. §. interdicimus. colla. 9. C. li. 12. de conſuli. l. vl. in auc.
de non alienan. re. eccle. §. ſi minus, quæ habetur. 10. quæ
ſtione ſecunda. §. ſed & permutare, ſupra de re. permu. ſi
princeps. 10. quæſtione 4. monachum. 19. quæſtio. c. duæ
ſunt. 21. quæſtione 2. capitu. c. 71. diſtinctio. hortamur.
de cleri. non reſi. fraternitati. Item quia in talibus non
quæritur ius, nec tranſit dominium ſine ſcriptura. C. de fi
de inſtru. contractus. C. de ſuffra. l. c. tamen quod ibi dici
8 tur ſpeciale, vt ibi no. Item † literæ in talibus ſunt loco ti
tuli. facit quod dicam infra de lit. conteſta. exceptis. ſu-
per glo. penul. & vide quod dicam poſt Hoſt. infra de pri
uile. cap. c. §. in eos. ſuper ver. indultum. ¶ Ad cōtrarium
quòd non requiratur ſcriptura, alleg. ſupra de cleri. pere-
gri. inter quatuor. & capit. tuæ. C. de pactis. pactum quod
bona fide, & C. de fide inſtrumentorum. l. in literis. Item
9 † cum ſcriptura, [c] fiat ad faciliorem probationem, ſine il
c la valet, quod agitur, dummodo probari poſſit. ff. de pig.
contrahitur. ff. de fide inſtrum. l. in re. Item cum ſcriptu-
ram vel bullam requiri non ſit iure cautum, ſuperſtitioſis
&c. ſecunda quæſtione 5. conſuluiſti. 96. diſtinctio. vbi. ff.
ſoluto matrimo. l. ſi vero. §. de viro. Item res non erat inte
gra ex quo per prouiſionem, vel collationem facta erat
gratia. infra de reſcrip. ſi pro te. & ſic habebat ius in re.
infra, de conceſſ. præben. capitulo finali, & ſic nō expirat,
licet ſcriptura facta nō eſſet, vel bulla appoſita. ſunt enim
iſti actus diuidui & abinuicem ſeparati, vt patet per no.
per Innocen. in prædicto capitulo, excep. Si enim eſſent
indiuidui ex parte nil diceretur factum. C. qui teſtamen.
face. poſſunt. lege furioſum. ff. de appel. l. in executioni-
bus, §. ſecundo. Dicit etiam Archidiaco. quoſdam diſtin
xiſſe, an gratiæ factæ annexa ſit iuriſdictio, vel non, vt pri-
mo caſu requiratur ſcriptura. C. de manda. princip. l. 1. ſe-
10 cundo non † quia imperialis donatio eget ſcripto. C. de
donatio. ſancimus. §. exceptis. facit ad hanc diſtinctionē.
C. de nup. auc. maximis. vidi plures vicecancellario-
rum teſtificantium certas literas tempore mortis papæ
fuiſſe in cancellaria bullandas toto illarum literarum in-
ſerto tenore. Item quandoque literæ papales de tali te-
ſtimonio mentione facta ſuper ipſis gratijs dantur ſub
bulla prædeceſſoris ſui, ergo quas ante compilatio-
nem huius libri feciſſet, non loquitur ſecundum Archi-
dia. & facit quod infra dicam. de præbend. capitulo
tertio. ¶ Prima gloſ. tria facit primo quærenda circa
principium librorum ſe dupliciter excuſando remittit.
ſecundo diuidit, tertio ponit caſum. ¶ Secunda gloſ.
facit tria, auctorem commendat, nominis ethimolo-
giam ponit, quærit obijciendo de leg. & tripliciter ſol-
uit legi reſpondens. ¶ Tertia glo. de ſtilo ſcribendi re-
mittit, quærit, opponendo ſoluit, & ex ſolutione arguit.
¶ Quarta gloſ. reſpondit per quæſtionem, vel obijcit,
quā ſoluit quadrupliciter & remittit. ¶ Quinta gl. remit-
tit, quæſtionem ſoluit. ¶ Glo. quid de alijs, quærit, &

remittit. ¶ Vltima glo. ſalutationis, dicit quid conferat
benedictione, dat 8. ſimilia & determinationẽ ponit. Re-
liqua glo. proœmij. reſpondit in tex. præter gloſ. ſenarij
11 numeri, quæ reſpondit per quæſtionem, † quare nume-
rus ſenarius dicatur perfectus, primo dat duas ſolu. quas
non approbat, ponit tertiam, quam approbat, Glo. conſti
12 tutio, dat duas remiſſiones. ¶ † In glo. ſecunda, ibi. [§.
eſt & aliud.] donatio, quæ olim ante nuptias dicebatur,
fieri & augeri poteſt conſtante matrimonio, & dicitur
propter nuptias, vt nomen rei ſit conſequens. & ibi. [de
13 mun. vo. l. 1.] liber † ſine fraude vel alterius præiudicio
licite ſibi prænomen vel cognomen immutat. ¶ In glo. a
ſchola. ibi, [ea quæ patet.] alias, quæ pater, 2. filius eman-
cipatus ea, quæ pater in ſtudio ſibi miniſtrat, in portione
hæreditaria non computatur, niſi probetur patrem credẽ
di animo miniſtraſſe, & ibi, [habita.] ſcholares & eorum
nuncij ad loca ſtudiorum ſecure venire, & habitare poſ-
ſunt, & damnum inferentes cum nota infamiæ reddunt
quadruplum. Et eligit ſcholaris, an velit conuentum co-
ram magiſtro ſuo, an coram ciuitatis epiſcopo, & vide
poſt Hoſtien. in ſumma, de magi. in fi. ¶ In glo. 22. ibi,
[iubemus enim.] ibi, ſic eccleſia religionis & fidei perpe
tua mater eſt, ita ipſius patrimonij ſeruetur illæſum. ¶ In
glo. no. rubricas, ibi, [quod quis. iur. l. 1.] ibi edictum,
quod quis. iur. in tex. reperitur. ¶ In glo. 35. ibi, [vt
14 inter diuinum.] dicit, † longiſſimum vitæ hominum tem
pus centum annorum. ibi, [nomen. §. 1.] vbi aliud non
exprimitur, appellatione portionis continetur dimidia.
¶ In glo. prima, ibi, [notata fuerint.] Idem Archi. cum
Ioan. mona. hic proſequitur de quadruplici cauſa, de quo
vide quod ſupra dixi, & quod plenius ſcripſi ſuper gloſ.
prædicta. Diuidit etiam hoc opus in tres partes, in proœ
mium, tractatum, & epilogum. a. infra ritu. primo. 3. in-
fra de reg. iur. ¶ In glo. ſecunda ibi, [vnicam decre.] in
decretis tamen habetur. [Bonifacius.] 79. diſtinctio. ſed
quare. 97. diſtinctio. capitulo primo, & ſecun. 12. quæſtio-
ne ſecunda, cum deuotiſſimam. poſt princip. & de conſe.
15 diſtinctio. prima, vaſa. ſecundum Archid. † Et ibi, [bo-
na faciens.] vel ſecundum Ioan. mona. dicitur a faſcia, qđ
eſt ligatura, nam ſparſum bonũ ligauit & redegit in hunc
librum. bonum quidem honeſtum quo ad morum refor-
mationem, vtile, quo ad cauſarũ deciſionem, delectabile
quo ad illuminationem intellectus, & accenſionem affe-
ctus. & ibi [mutationem nominis.] de pœ. diſtinctio. 1.
ſunt qui arbitrantur, de conſecra. diſtinctio. 4. primum.
& cap. ſi ex quo. & cap. baptizandi nomen, 7. quæſtione.
1. ſcias. 50. diſtinctio. ferrum, 40. diſtinctione, cap. primo,
& ibi, [vt noſtrum.] vt tollatur præſumptio carnalis ſuc-
ceſſionis. 8. quæſt. 1. apoſtolica. vel affectus carnalis. de præ
ben. graue. Et ibi, [Deus omnipotẽs.] de conſe. diſtinctio.
1. ſolennitates. Archidia. & ibi. [in nouo.] Math. 16. &
ibi, [eſt nomen.] potuit idem ſumi ex veteri teſtamento
Gen. 17. in princi. vbi Deus promouens Abraham muta
uit illi nomen dicens, eris pater multarum gentium, nec
vltra vocabitur nomen tuum Abram, ſed appellaberis
Abraham, quia pater multarum gentium conſtitui te. Et
ſcribitur ſine aſpiratione. Stephanus in proœmio clemen.
16 inducit glo. ſuper epiſtola ad Ro. in princ. † qui dicit, qđ
moris fuit ſanctorum patrum, quod quando mutabantur
d in melius, mutabatur eis nomen.[d] & vide in Hieronymia
no. capitu. 5. de Ieſu Naue, qui prius Duſes Naue vocaba
tur. & ibi, [inquiſitione.] vt legitur in cronica Mar. Ser-
17 gius † ſeruus natione Romanus prius vocabatur os por-
ci; vnde ſibi & poſt eum ſucceſſoribus fuerat mutatum
nomen, quod in aliquibus prædeceſſoribus fuerat præter
miſſum, alleg. Fran. in proœmio grego. compilationis. 4.
diſtinctio. ſtatuimus, quod intitulatur Theodoſio, alias
Teleſphoro. 11. diſtin. nolite. Lucio. 20. diſtin. ſic omnes a-
gathoni. ad idem. 34. diſtinctio. §. ſed poſtea. ibi [de Mar.]
ibi et tractatur quomodo mutetur, dicens aliquos dice-
re, quòd dato libro nominum papalium, nomen recipit,
quod occurrit. alij, quod dato libro recipit, quod plus
placet. ¶ In glo. 3. ibi [maiorem.] facit quod no. 21. diſtin
ctio. in nouo, in princi. a. glo. & 32. diſtinctio. cap. 1. & ibi,
euchariſtiæ. Et ſic circa verum corpus Chriſti, fatentur. ſ.
quod epiſcopo competit certum officium circa myſticũ
corpus Chriſti, quod eſt eccleſia, circa quod exercet cer-
tas ſpirituales actiones, quæ inferioribus non competit,
ſicut conferre ſacramentum confirmationis, ordinis, &
alia, de quibus 15. diſtinctio per lectis. ver. ad epiſcopum.
68. diſtin. quamuis, & habet etiam iuriſdictionẽ, de qua
de offi. ordi. conquerente, [differunt ſolum.] characterem
imprimi ſolum in his ordinibus, qui relationem habent
ad verum corpus Chriſti, non ad miſticum, & pro eis, qđ
pſalmiſtatus non ſit ordo, facit 77. diſtin. illud. 93. diſtin.
a ſubdiacono. de epiſcopatu bene facit de ſcru. capi. vno.
18 in fin. & de ſac. vnct. c. vno. ad fi. in quibus dicitur † epiſco
pos conſecrari, presbyteros ordinari. vnde olim presby-
teri præficiebant ex ſe vnum quem epiſcopum nomina-
bant. 93. diſtinct. legimus. ver. quoties. & 95. diſtin. olim,
contra. de pſalmiſta pater de æta, & quali. cũ contingat,
vbi dixi de hoc. De epiſcopo vide multa iura in decret.
quoties, ſtatim alle. ſuper glo. ſecunda. Solu. ſi conceda-
tur, quod ipſi dicunt, characterem ordinis ſolum relatio-
nem habere ad verum corpus Chriſti, & confectionem
euchariſtiæ, dicetur epiſcopatus ordo large, non proprie
quo ad characterem. ſed cum videamus ex ordine pres-
byterali competere aliqua, quæ rapiunt corpus miſti-
cum, ſicut baptizare, pœnitentias dare, in extremis vn-
gere, non video quare in epiſcopatu ex reſpicientibus
corpus ipſum miſticum negetur imprimi characterem,
potiſſime cum ipſe ſolus ſit imprimens characterem or-
dinis ſaltem ſacri. Non iuuat, ſi dicas, characterem ha-
bet ordinis, quem confert, quia illius virtute non con-
fert. Tamen ſi huic dicto reſiſtatur, dicemus, quod papa
19 ideo ſe vocat epiſcopum, quia † quo ad regimen corpo-
ris miſtici circa ſpirituales & ſacramentales actiones non
eſt gradus ſuper epiſcopum, quicquid enim quo ad ta-
lem actum hierarchiæ poteſt papa, poteſt epiſcopus, &
20 ſic quo ad id ſunt æquales. † Hinc eſt etiam, quod Hoſt.
epiſcopus papam conſecrat, ut dixi ſu. de priuile. antiqua,
in princip. Vnde Hieronymus tractans de ſeptem gradi-
bus ad Iuſti. Narbo. ponit epiſcopum pro 7. vide quod ibi
in tit. ¶ In glo. tertia, ibi [ipſius dicitur.] ad hoc quod
no. 1. quæſtione 7. quoties. & in 4. glo. Archidia. ¶ In gl.
[a ſchola.] quod grecum, latine dicitur uacatio. Adde,
quod dicam infra ne cle. vel mona. cap. 2. in princip. ¶ In
gl. [quid de alijs, in fi.] dicit Ioan. mona. quod quando
epiſtola dirigitur publicationi, tunc omnes tenentur, vt
hic, & in conſtitutionib. authenticorum ut plurimum in
ipſorum fine. ¶ In glo. [multi. in fin.] ſecundum quem
melius dixiſſet ſtudentibus, ſecundum Ioan. mona. dicit,
quod ſolos ſtudentes intendit includere, quod ſecũdum
e eum probat ver. ſcholaribus. † quia ſcholarem,[e] eſſe, eſt
21 ſtudio vacare. i. intendere. ¶ In glo. per benedictionẽ, ibi,
[omnis.] & Guil. in reportatorio de pœni. & re. §. ſcire de
bent, poſt princip. & in fi. ſimile, quod dixi de ſenten. ex-
communica. ſi quæ, in glo. pe. ¶ In glo. 43. in fi. Io. dic. cer
tum. 23. quæſtio. 4. eccleſiæ. Archidia. ¶ In glo. in auc. [in
fi.] colla. 2. hic tamen interpoſuit illud quandoque, quod
ibi non habetur, imo incipit ibi, omnes nobis dies ac dies
contingit cum lugubratione & cogitatione degere. ¶ In
glo. me teſte [in fine.] habes hiſtoriam Luc. 19. in prin-
cip. quia cum perambularet Ieſus Hiericho, vir nomine
Zacheus quærebat Ieſum videre, & non poterat, quia
ſtatura puſillus erat, & præcurrens aſcendit in arborem
ſicomorum, vt videret illum, quia inde tranſiturus erat.
¶ In glo. no. rubricas. ibi, [auctoritas.] de rubricis huius
voluminis & legum intellige, in rubricis decretorum non
eſt verum, de hoc no. Ioan. 3. quæſtione 9. charte, in ru-
brica.

brica.& in pr.§.hæc'aũt verba.& de hoc in Specu.de di ipu.& alleg.in n.& vide,ꝙ ibi dicam.¶ In gl.35.ibi,(ætatibus.) de his sex hominis ætatibus Archid. infra de clericis ægro.capit.vno.vbi quasi ad literam ponit ver.Isidori.
ss 11.ethymo.c.s.† Accur.ff.ad l.fal.hæreditatum. distin guit quatuor ætates tantum, scilicet pubertatem, adolescentiam, iuuentutem, & senium.tene cum gl.vt in prædicto canone.fateot tamẽ, quosdam naturales, vel phisicos solum has quatuor ætates distinguere pueritiam, iuuentutem, senectutem, & senium, ad instar 4.temporum anni. prima calida & humida, sicut ver.secũda calida & sicca, sicut æstas.tertia frigida & sicca, sicut autũnus.quarta fri
23 gida & humida, sicut hyems. Et scias,ꝙ † ætates, vel generationes mundi non variantur ſ n substantiam, sed ſ n statum, sicut & ætas hominis, de hoc, infra dicam. & ibi, [quatuordecim.] fallit in duob. casib. quos dixi, de deli. pue.super rubrica. vbi vide diuersas significationes pueritiæ. Et ibi, (intet diuinum.) septima dicitur quiescẽtium, & sic intelligitur,ꝙ no.ĩ.de celebra.mis.c.primo, in vl.gl. Octaua erit resurgentium, [a Noe.] in hac fuit institutio & lapsus generis hom ini.ibi,[Abraham.]in hac fuit generis humani destructio per diluuiũ & reuocatio ad Da uid.Acc.C.de sum.Trini.inter claras.aliter ponit, scilicet ꝙ vsque ad Moysen. Et 4.vsque ad Dauid, tene eum gl.& in hac fuit circuncisionis & legis constitutio Et ibi.[babylonia.]floruit lex in hac sub regibus & prophetis.& ibi, [vsque ad aduentum.] fuit in hac populi captiuatio & redemptio,& ibi,[sexta.]sub hac humani generis redẽptio, & ibi, [clare.] longe clarius quam Isidor.li.3.ethymol. ante medium libri, vbi breuissime hoc ponit, hic tamen addit,ꝙ in mille diebus numerus perfectus a.4.96. sed nõ exprimit aliquos, quæ sunt vnũ, duo 4.8.16.31.61.124. 248.ex quibus collectis resultat.4.96.nec dicas, quod eadem ratione cuius dimidia,s.148, sit numerus perfectus, nam numerus 16.id impedit, quia non est pars aliquota de 248.& est aliquota de duplo trigiuta vna vicibus sumptus,sed 15. vicibus sumptus facit 240. & sumptus vicibus 16.facit 556. sic etiam in 28. cuius dimidia sunt 14. noo est numerus perfectus, quia numerus quaternarius id impedit, qui aliquoties sumptus facit plus vel minus.
14 est † autem aliquota dupli septies sumptus, vt .in fin. vide, quod no.in clemen.de h æret.ad nostrum, in.6.glos. ¶ In gl sicut, in fin.Io.mona alleg.de scisma.c.vno.in fin. vbi hæc & alia, sed de processu loquitur.¶ In gl.super rubrica.ibi, (continuandæ non sunt.) concor. Archid. qui etiam illas non, continuat, sed Io.mona. contra, qui com muniter illas continuat, quod non placet, nec fuit talis intentio auctoris per rationem quæ sequitur, sed in alio mihi discordat vterque, constitutiones enim compilatores Gregor.allegant pro.ĩ.& ĩ secundum materias, ex quib. existunt. Sed ego omnes illas allego.sup.& mihi videtur absurdum,ꝙ existens in quarta parte voluminis, vt præconstitutiones quintæ partis vel anterioris inducat, vt ĩ. sepositas. Item secundum id erratus sum, compilati.Gregori.non allegamus vt su.constitutiones huius libri, quæ præcedunt materias, in quibus legimus, vel scribimus, ꝙ per se patet absurdum. nec ex more receptum. Et adde, quod no.in cle.super hac rubrica.in innocentianis & gregorianis, quas mandabant auctores prædicti in compil. Gregorij sub debitis titulis collocari, procedebat ille modus allegandi, sed h c est ratio contraria, vt prædixi.

ADDITIONES.

¶ Infinitum quot modis dicatur, quod autem infinitas sit euitan da, vide Din.in l.1. de leg.3.& ibi Bald. & Docto.l.1.C.de sen ten.quæ pro eo quod int.prof.l.dominus, de cond.inde. & per Bar.in l. qui bona.§.fi. de dam. inf.

¶ Gratia per papam. An gratia non scripta prosit, vide Bal. in l. humanum.C.de legib.& in c.1.per quos fiat inuestitura.Inn. in c.constitutus, de appel.& Bal.in marg.in verb. gratia.

c ¶ Cum scriptura. No.hic, quod scriptura sit propterea quod hominum memoria sit labilis, vt no.in Spec.de dona.vers.ita pone.& an semper sit necessaria ad probandum ea, quæ fieri debent in scriptis, vide Compost.in c.1.de elect.lib.6.Rot.in decis.413.fuit dubitatum, in nou.

d ¶ Nomen. mutatio nominis an & quãdo sit permissa, vide Bar. in l. demonstratio.in fi.prin.de cond.& demonst.

e ¶ Scholarem. Scholaris non vacans studio non habetur pro studente, nec priuilegiis scholarium gaudet.in Spec.de testi.in integ §.1.ver.si vero. Et an parum studens gaudeat priuilegio, vide Bald.in auth habit.& Paul.de Castr.in.l.scriniarios.de testa. mil. adde Alex. de Imo.in add.Bar.in l.1.C.de Tiron.l. Item turbans socium, ne studeat, conuictus non appellat.Bal. in l.1. vers, quod si vnus.C.si de momen.posses. fue.sp.

¶ De summa Trinitate &c. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Fidelis dicitur, qui credit credenda.*
2 *Spiritus dicitur multipliciter.*
3 *Plurificatio actuum habetur secundum plurificationem suppositorum.*
4 *Fideles omnes dicuntur fratres.*
5 *Ecclesia Romana est omnium ecclesiarum mater & non domina.*
6 *Tacens non vtique fatetur.*
7 *Confitemur voluntarij, profitemur respondentes.*
8 *Hæreticus an ligetur pœna excommunicationis per cõstitutionem canonicam.*

CAP. PRIMVM.

s Fideli. † Credens credenda & seruans promissa dicitur fidelis (deuota.) de voto enim necessitatis tenetur ad hoc christianus quilibet, 1. q.1.ecce cum honoris, de conse.distin.4.prima.(spiritus)
2 † Archidia.posuit hic glo. theologam, quomodo multipliciter dicitur spiritus. quandoque enim dicitur anima. Matt.27.Iesus aũt clamans voce magna emisit spiritũ. Secundo spiritualis intelligentia.2.ad Corinth.3. Litera occidit, spiritus autem viuificat. Tertio actus respirandi. Hypocrat. si spiritus frequens sit dolorem significat, eccl.1. similiter spirauit omnia, ibi glos. vnus spiritus est omnibus. quarto ira vel indignatio. Gene.6. Non permanebit spiritus meus in homine. Quinto superbia.eccl.10.si spiritus potestatem habentis ascẽderit super te, locum tuum ne dimiseris. Sexto dicitur spiritus sanctus Matth.4. in princip. ductus est Iesus in desertum a spiritu. Septimo sumitur pro verbo Dei, ad Ephe.5. Accipite gladium spiritus, quod est verbum Dei. Octauo idem est quod homo. psal.77.spiritus vadens & nõ rediens. Nono idem est, qđ vita.Iob.17.spiritus meus attenuabitur. Nota etiam, quod super illud Matth.2.vtinam essem & non habẽs spiritum, dicit glo. vbicunque sine additamento in nouo vel veteri testamento ponitur, accipitur in bonam partem,(duob.) quasi primum sit a patre, secundum a filio, non duab. nõ obstat, quod pater & filius sint duo supposita. Et ꝙ secundum philosophum actus sunt suppositorum.& sic secun-
3 dum † plurificationẽ suppositorum habetur plurificatio actuum, dependet a duobus, scilicet a ratione agẽdi principaliter, & secundario a supposito. Si ergo supposita agẽtia sint plura, & rationes agendi sunt plures, sequitur, qđ actiones sunt plures. vnde patet, quod generationes plurium hominum sunt plures, quia supposita sunt plura, & quia potentia generatiua plurificatur in eis, vbi vero supposita sunt plura, & ratio agendi sit vna, vnica erit actio. Verbi gratia. pater & filius & spiritussanctus sunt tria supposita, quia tamen potentia creatiua est vna in eis, actus creationis non erit nisi vnus, ergo & in proposito, cum

pater & filius sint duo supposita, tamen potentia spirativa est eadem in eis, ergo eadem & vnica erit spiratio. vñ licet pater & filius ratione suppositi spirent vt duo ratione agentis spirabunt vt vnus secundum Ioan. mona.[spiratione.] spiratio respicit actum spirandi, vt ibi, spiritus vbi vult spirat. de renun. nisi. §. 4.[processio.] spirationis effectum, vt in hymno. veni creator, sed mistico spiramine verbum factum est caro &c. Guil. & Arc.[procedit.] hoc tractatur in 1. sent. 11. dist.[Mater.) 12. q. 2. qui abstulerit. 16. quæst. 1. nos autem. de consecra. distinctio. 4 mater. de magist. capitu. 1. nam ipsa nos genuit. 68. dist. cap.
4 vlt. s. per baptismum, vt prædicto c. qui abstulerit. quo† respectu omnes fideles dicuntur fratres. 11. q. 3. ad mensam. Arch. (Ipsa.) quæ suis vberibus omnes nutrit. 2. questio. 6. ad Romanã his respectibus Federicus in sua constitutione, quæ incipit. vocauit hæreticos materni vteri corrosores.[magistra.) vide sup. in exordio, super ver. magistratum. facit 17. quæst. 3. lex diuinæ. pater autem magisterium, quia quicquid vbique locorum est dubium, ab ea declarãdum exquiritur, vt ibi. & sup. qui filii sunt legit. per venerabilem, quod autem ipsa ecclesia, vel papa non habeat dominiũ inducit Arch. verbum beati Ber. ad Eugenium. 4. cap. in fi. sic dicentis. Consideres sanctam ec-
a clesiam Romanam,[a] cui auctore Deo præes omnium ecclesiarum matrem non dominam. te nõ dominum episcoporum esse, sed vnum ex ipsis. ad hoc. 7. quæstio prima, mutationes. in princ. & dicit Archidia. ꝙ forsan propter hoc scripserunt Inn. & Host. de immuni. eccle. quia plerique. vt ibi post eos scripsi in gl. mag ante fin. quod si imperator vel princeps sine iusta causa faceret constitutionẽ, quod dominia rerum transferantur in alios, non tenet constitutio nec in foro animæ, nec in foro ciuili seruanda est, argumen. 12. distinctio. cap. 1. sed contrarium videtur notari 9. quæstio. 3. per principalem, tamen vt dicit Arc. quicquid dicat Ber. ecclesia Romana diuina. 79. dist. oportebat. & papa dicit ecclesiæ meæ. 97. distinctio. ecclesiæ. quod videtur ad dominiũ pertinere. de hoc 12. q. 1. §. vlt. (vera.) dicit Archid. verum dici tripliciter. s. qđ habet esse contra falsitatem. ad hoc 22. quæst. 2. cum humilitatis, & cap. is autem. in principio. §. ille ergo. Item verum, ꝙ habet apparentiam cum debita existentia subiecti, & sic est contrarium simulationi & fantasiæ. Item quòd habet naturalem proprietatem contrarium permixtioni. (nonnulli.) potissimè greci, cõtra quos etiam super aliis duobus manauit olim concilium generale, de baptis. licet, secundum Francis. (Irrefrahabilis.) quasi contradicibilis, vel irretractabilis. (errores.) Errari non potest, nisi rerum ignorantia. 38. distinct. quamuis. ¶ Prima gloss. ponit casum. ¶ Quarta gloss. obiicit & sol. ¶ Glo. confunditur, ponit motiua Grecorum & responsionem ad illa, in fi. obiicit & soluit. ¶ Glo. no. quòd, distinguit. ¶ Glo. aliquorum, obiectionem dupliciter soluit. ¶ Vltima quærit, arguit negatiue & soluit. ¶ In gl. 2. (ibi l. fi.) sequitur, deuotaque conceptione sancimus &c. ¶ In glol.
6 nl(. ibi† qui tacet] sequitur, nõ utique fatetur, sed uerũ est non negare. ¶ In glo. 1. ibi, inciderunt. de diuersis erroribus circa spiritumsanctum, habetur 24 quæstio. 3. c. penul. uer. Cathafrigiis. & cap. Boetium; & ver. noxiani. & uer. sequen. & uer. macedonicum, & hic omnes specificabat Francis. Verce. & ibi. [scilicet.) quod ab hinc recipe summarium casum. & in fin. secunda ibi, sed quia, secundum Ioa. mona. sunt tres partes. in prima narrat processionem spiritussancti. in secunda firmat illam. tertia damnat contrarium sentientes. ¶ In gloss. 2. ibi (mentem.) quasi sincere, pure, & non simulatè. Ioan. mona. Archidia. & ibi (humili) vel timorosa. Archidia. ¶ In tertia gloss. in fin. dicit Ioan. mona. fatemur coacti. inde fa-
7 teor fari teneor, † confitemur uoluntarii, profitemur spõdentes. unde profero facit monachum, de regula. porrectum. ¶ In gl. confunditur, ibi[edicto] ꝙ quidam dicunt descriptum Romæ in tabula argentea post altare beati Pauli ad mandatum Leonis papæ, vt primo senten. 11. distinct. cap. 3. & ibi. [speremus.] & ibi de hoc. & ibi. c. vl. ꝙ intellige, vt no. de conse. dist. 5, c. vl. in gl. quia vult Archidia. & ibi, [quam addere.] vide, quod dixi, de cele. miss. cum Marthe, super gl. 2. cum sua remiss. & ibi c. penu. in gl. mirum est. & ibi, [sed dic.] fm Guil. In gl. de his. ibi, [ad nos.] quod intellige, vt no. 17. q. 4. constituit. 18. q. 1. sepe, in fi. ʒ. de iudæis. iudæi siue. Archi ¶ In gl. 1. in fi. quod exprimitur ʒ. eo. damnamus, ver. licet. ¶ In gl. aliquorũ. ibi, [patrum,] vt primo senten. 11. dist. c. fi. & ibi, [imperatoris.] refert Fran. Vercel. quod ibi fuit personaliter ipsorum patriarcha, & solennes nuncij imperatoris. ¶ In glo. qui cunctorum, [in fi.] de hoc satis in textu, & gl. 1. q. 4. §. notandum, & 38. dist. in summa. ¶ In gl. sup. eo. [in fi.] vel damnamus sententia, reprobamus actu. Archid. adde, ꝙ dixi in prin. decr. damnamus. in prin. ¶ In vlti. gl. ibi, [so-
8 lutio.] fm Guil. & ibi, [hereticus.] † & an constitutio canonica liget illum ad pœnam excommunicationis, remittit Archi. ad no. per se. ʒ. de sentent. excommu. cum quis. vide, quod notaui in cle. de hæreti. c. 1. ad fi. in gl. hoc patet, [& in fi.] de eo qui negat ore, sed non corde, nota. 11. q. 3. non solum 2. alle. c. pen. & de pe. dist. 1. potest,

ADDITIO.

a ¶ Romanam. Ecclesia Romana non est omnium ecclesiarum domina sed mater. Papa quoque non est dominus episcoporum, sed unus ex ipsis. Ad hoc posset adduci, quod habetur 63. dist. ego Ludouicus. & ut dicitur, quòd sit dominus omnium rerum ecclesiasticarum, intelligitur quoad protectionem tantum. Card. in cle. 1. de sum. Trinit.

¶ De constitutionib. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio dicitur quasi commune statutum.*
2 *Papa potest auferre consuetudinem iam inductam, & seruatam & inducendam vetare.*
3 *Princeps potest futuram legem inferioris auferre.*
4 *Iuris condendi discrimen non tollitur ex varietate locorum.*
5 *Consuetudo electa an vocetur ius.*
6 *Statutum locale cum ius sit in loco, quomodo possit dici facti.*
7 *Errare in nullo diuinum est potius, quam humanum.*
8 *Pontifex dicitur quasi pontem faciens ad vehendos subditos.*
9 *Papa quibus nominibus appelletur.*

CAP. PRIMVM.

Licet. Pro quamuis. Archid. [habere.] Dubitabatur, cum sit tota vniuersitas virtute secũdum
1 Phyloso. Ioan. mona. [† constitutionem.] quæ dicitur, quasi commune statutum, & verbum statuti respicit ius scriptum. 50. di. §. cum itaque, secũdũ Archi. & Io. mona. intelligit hic etiam de constitutione extrauaganti, dũmodo de illa constet. Et in hac materia sic distinguit, aut ratio diuersitatis potest videri inter canones, qui videntur aduersi, aut non, primo casu saluentur. 25. q. 1. §. his ita. de reg. spiri. c. 1 ar. C de Insti. codice fa. §. quibus. huius ratio patet, infra de ele. cum expediat. si nõ possint. aut eiusdem auctoris, aut diuersorum, primo casu duplicitet, aut eiusdem papæ, aut alterius præsidentis, primo casu, si ratio diuersitatis inueniri non possit, & constet de extrauaganti, præfertur posterior, vt hic, & 19. di. Romanorum. Si dubium esset, præfertur corpore iuris clausum. su. de fide instr. pastoralis. Si vero sũt alterius a Papa, dicit illũ validiorem, qui potiorib. rõnib. vtitur, alle. Inst. de cõtrah. em. §. diuersæ. 1. di. § ecce. 20. di. in pri. 9. di. ego solus. Si aũt diuersorũ, si duorũ, quorũ alter maior, alter minor,

Papa & concilium, tunc canon maioris est potior. sup.
de elec. significasti. ff. de albo scri. l. fi. 25. q. 1. §. his ita, si
parium aut romanorum Pontificum & tunc idẽ, qd dicit
tex. cum idem sit principatus, licet subiectũ sit aliud, arg.
ff. de iud. l. proponebatur. dicit tamen ꝙ posset notari d. s
sententia, qoia vnus posset sibi legẽ indicere per verba de-
rogatoria. ff de leg. 3. l. si quis in princi. testi, sed vnus alte
tum hic iudicare posset. inf. tit. 1. c. fi. Si aliorũ inferiorũ,
tunc idem vt inf. eodẽ. inferiori. prius, not. argumento iu
tium prædictorum, vide quod dicã inf. de regul. iur. con-
2 tingit. super vet. obuiantia. ¶ Obiicit demum, ꝙ † cũ Pa
pa tollere possit consuetudinem iam inductã & seruatã,
& inducendam vetare. inf. de consue. c. 1, & 2. de big. c. 1.
ergo cum consuetudo legi æquiualeat, & quandoque eã
tollat. ff. de leg. l. quibus. 4. dist. § leges. sicut tollit consue
2 tudinem a inducendã. C. de fur. auth. nauigia. sic etiam le
3 gem faciendam. So, † princeps inferioris futuram legem
vel cõsuetudinem tollere potest, sed non paris, sup. de ele,
4 innotuit. [locorum] nec † ex varietate locorum induci-
tur discrimen iuris condendi sed ius frequentibus acti-
bus inductum non tollitur noua lege, quæ hic non expri-
mit. & sic non obst. C. de temporibus in inte. resti. l. fi. se-
cundũ Io. mo. [singularium] 11. dist. catholica. nam vna
quæq. prouincia &c. 76. di. vrinã. Arc. [& statuta] idẽ in
pactis. sup. de dec. ex multiplici. & priuilegiis, de præscr.
veniẽs. cũ ratio sit eadẽ scd̃m Io. Mo. cũ sint facti, põdera
tis actibus, ex quibus elicitur cõsuetudo. 1. dist. mos. & c.
5 consuetudo 21. q. 2. ita nos. in prin. sed † cũ elicita est vo
catur ius. 1. dist. ius ciuile. inst. de iure naturali. §. 1. 1. dist,
consuetudo. ad instar regulæ iuris. ff. de reg. iur. l. 1. scd̃m
6 Ioan. Mo, & Arch. sed cum † statutum locale sit ius in lo-
co, quærit Arch quomodo dici possit facti, respondit, qđ
est ius priuatũ. 11. di. catholica, nõ generale, quo regitur
vniuersalis ecclesia, vt ibi, hic autem omnes scire & custo
dire tenẽtur. sup. c canonũ. & istud ignorare Papa nõ de-
bet, qđ præcipit alios scire scd̃m Ioa. Mod. 9. dist. iustum
[papalis) & ideo nec ignorare præsumitur, vt hic in prin.
particulare vero impossibile foret scire. & ideo non mirũ
si præsumitur ignorare. & sic nec reuocare intelligitur. ad
primum. C. de veteri iure enucl. l. 2. §. si quid autem, om-
7 nium enim habere memoriã, & in nullo † errare, potius
diuinum est, quam humanũ. Ad scd̃m. ff. de transac. l. cũ
aquiliana. & l. qui cum tutoribus. §. 1. & vlt. & l. non est
ferendus, & de contrah. empt. l. in lege. & de actio. hær. l.
nec. 15. & l. si is ad quem. secundũ Arch. [rationabilia] vt
sint rationabilia statuta episcopi requiritur cõsiliũ capi
tuli, de his quæ fiunt, a præla. quanto. si tamen sine causa
contradicant episcopo, dicit hic Arch. ꝙ non nocent, &
habentur pro consuetudinibus [allegata] no. 65. distin. c.
1. in vlt. gl. & alle. iura ibi alle. [nisi] de hac dictione nisi,
quando ponit, vel excipit, hic. Arch. de quo inf. de regu.
iur. peccatum. & ibi videas plenius, per Cyn. C. de transa.
l. 4. [derogare.] concor. C. de iust. C. compo. iuxta fi. ibi si
qua no. Arch. ¶ Quarta gl. alle. vnam concor. & duo con
traria & remittit. ¶ Gl. [de con] alleg. tres concor. dat si-
mile. de quo dat rationẽ & regulã & duos casus excipit.
¶ Glo. [est contra] obiicit & soluit & iterum remittit. Gl.
[ratio] respondet per quæstionem, quam exemplificat &
soluit inducens sex rationes. ¶ Vlt. gl. signat contrarium
& soluit, & opi. Host. reprobatam dicit. ¶ In quarta gl. 4.
ibi, (omnium] vide inf. in suppletionibus. ¶ In 6. glo. ibi
[non est nouum] sequitur, vt priores leges ad posteriores
trahãtur. & ibi si mihi. §. in legatis nouissimæ scripturæ va
lent. & ibi. [auth. hoc inter liberos] vide infra de re iud.
c. fi. sup 5. gl. ibi, (si quis, in prin.] vide de dona. cũ dilecti
super tertia gl. In vlt. gl. ibi, [§. diuus.] vide in decre. pasto
ralis. infra alleg. super 1. gl. ¶ In 1. gl. ibi. [determinat] no.
18. dist. quoniã, & duo facit, similitudinem improbat ra
tionem reddens & casum so. duas modificationes ponẽs,
secunda ibi ipsis. ¶ In 2. gloss. ibi [cleros] vt ibi dicitur

8 versi. Pontifex. Pontifex † tamen dr̃, quasi via sequẽtium,
quasi pontem faciens vehendos subditos exẽplo uitæ &
verbo doctrinæ. facit de offi. ord. inter. vide in Hierony-
mo ad Fabiolam c. ad Oceanum. 1. dist. & ibi appellatur
de diuersis ipsius nominatiouib. Arc. hoc tractans dicit,
9 quod † quandoq. dr̃ Romanus, vel Romanæ ecclesiæ eps.
secunda quæst. 6. si eps accusatus, aliquando vrbis Ro-
b mæ archiepiscopus.[b] ut 4. dist. statuimus, in tit. C. de epi-
sco. 3, q. 4. c. 2. in tit. C. de sum. trin. inter claras. aliquando
Papa vrbis Romanæ. 97. dist. auctor. in prin. aliquando pa
triarcha. 22. dist. c. ult. aliquãdo simpliciter eps. 2. q. 3. sal
uator. & c. ex multis, & se dicit ministrum indignum. eod.
c. ex versi. quapropter. In glo. 4. ibi [omnium) dicit Arch,
quod hæc lex non probat id, ad quod inducitur, cum ibi
dicatur, toto iure quod in nostris est scrineis cõstitutum,
non dicit pectore, sed si perficiatur oratio Bonifacii ibi,
nec de eius successione tractabitur, qui nobis mediis &
toto iure vsq. constitutum testem succedit. Itẽ, ꝙ de scri-
neis pectoris intelligitur, probat hæc litera, & concor. de
app. sæpe. in prin. & ibi, præterea, ibi non erat obliuio iu-
ris, sed exemplorum. In 6. glo. (in fin.] an autem de verbis
derogatoriis primi facienda sit mentio specialis & expres
sa in secundo, per Dy. inf. de reg. iur. quod semel, & ut ibi
dicam, tenet quod sic, de hoc plenius per Iac. de Bel. in au
th. de rell. imperfec colla. 8. ubi ad literam posuit qõnem
quam de hoc disputauit, & tenet, quod ualet secundũ re-
lla. etiam nullã de uerbis derogatoriis primi faciens mẽ-
tionem, ad l. si quis. hic alle. 7. modis respondet, quorum
potissimus est. ꝙ per verba illius legis non imponebat si
bi legem testator, sed uolũtatem suam disponebat, & adi
mebat legata, & hoc potest, sed primum non potest, ad id
confirmandum alle. ff. de leg. 1. l. si ita sit scriptum. Item se
cundum eum illa l. in unico testamento loquitur non in
diuersis. In gl. [est contra, ibi mentio] an sufficiat genera
lis, tractat hic Arc, de hoc plene dicam in præ. decre. inf.
de excel. prælat. ubi congruentius ponitur. & ibi, ad fin. 4,
dist. in istis. C. de legi. humanum. Io. mo. & ibi dr̃ certa sciẽ
tia, de qua semper præsumitur in constitutione propter
rationem proxime dictam In gl. ratio. ibi, (rationis) simi-
le si. sol. mat. l. 1. ut ibi no. in 1. glo. ad idem eo. tit. l. alia §.
1. & ibi, [dico) idem Arch. In glo. sup. ut in fi. Arch. alle.
de iur. & fac. igno. l. in omni. In gl. utrum, in uers. [consue
tudo) Arch alleg §. 1. uer. unde dixi uterque. bene remit
tit etiam ad id quod notauit. 12. dis. illud. uide super hoc
distinctionem, quam posui sup. de consue. c. fi. sub septi-
mo membro, & quod ibi dixi super glo. & quam. in prin.
& ibi [exempla] quæ vide plenius. su. de consue. c. fi. super
gl. & quam, post prin. In glo. ult. ibi (per hanc decreta.] se-
cundum Io. mo. dic illam l. loqui, quando lex, quæ con-
suetudinem sequitur, adiura est iure, quod utilitati publi
ce prouidet, ut illa duo iuncta consuetudinem tollant, al
leg. inf. de iure int. licet, & in fi. idem Arch. secundum quẽ
Inn. concor. huic decreta. sup. eo. c. 1. ad fi. ubi dixit, ꝙ li-
cet ius commune tollat primum commune contrarium,
non tamen tollit particulare, puta alicuius castri.

ADDITIONES.

a Consuetudinem. Non tamen tollitur cõsuetudo per rescriptũ
principis. Arch. 11. dist. in his. si autem præsens & futura con-
suetudo censeatur sublata, quando princeps intendit tollere ra
tionem consuetudinis, uide Bal. in auth. omnes. uersi. no. quod
quando princeps. C. commun. de succel.

b Archiepiscopus. adde, quod habetur. 21. d. c. fi. Dicitur etiam
metropolitanus, gl. in c. 1. de schism. præ. c. sua. de offi. vica.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati nunquid sint impubes, qui falsificauit instrumen-
tum, & monachus, qui tulit falsum testimonium ignorantes cõ
stitutionem episcopi qui tales excommunicat.*

2 *Metropolitanus delinquens in dioecesi suffraganei, an ligetur eius
statuto.*

Senten-

3 *Sententia lata sub conditione an liget subditum, qui conditione pē dente factus est alterius fori.*
4 *Sententia excommunicationis potius punit, quam sententia imperatoris.*
5 *Excommunicatio an sit pœna.*
6 *Locus exemptus & locus extra diœcesim æquiparantur.*
7 *Conueniri licet quis possit coram iudice domicilij pro delicto, tamē principale forum est iudicis, sub quo deliquit.*

CAP. II.

Vt animarum. (Vt) cansatiue istud ponitur, vide quod no. de con.
app. vetum. in fi. s. gl. & qđ
super ea dixi (per statuta) fortius idem in sententiis, quas
profert non in modum statutorum, cum illæ non habeāt
vim legum, nec sint perpetuæ, ut not. in decre. a nobis. in
fi. pe. gl. Non intelligo de snia, qua nō ita ligatur ignorās,
de qua dic, vt no. de cle. excom. apostolicæ. Sed quando
generalis fertur sententia non in modum statuti, ut no. in
glo. 1. Pone exemplum de test. const. inf. de iureiur. ad no
stram 2. [ignorans.) ut dicam in prox. resp̄ōso super uers.
furtum, licet ibi apertius probetur intentum quo ad suū
casum. Intelligo hoc ēt cum statutum punit illud prohibitum lege diuina vel canonica, & secundum hoc terminetur hic id, quod scripsit Io. de Deo. l. 2. q. 3. & Papa ibi
1 quærit † an sint excommunicati impubes. qui falsificanir
instrumentum, & monachus qui tulit falsum testimoniū
ignorantes cōstōnem epi, qui tales excōicat, quicquid ibi
dicat satis uterq. potuit probabiliter ignorasse, quod si
ita est, locus est huic decr. Et licet pęna iuris in eis locum
possit habere, cessabit tamen pœna statuti, quod probabi
litet ignorabant, licet restringant hoc dictum ad statuta
ex cā prohibentia de iure non prohibita, sicut proximū
2 restringunt, ut inf. dicam [statuto episcopi] nunquid †
metropolitanus delinquens in dioc. suffraganei ligetur
eius statuto, & ipse etiā suffraganeus. vel priuilegiatus nec
possit excommunicari. no. hic Arc. & tenet de omnib. q
ligentur, principaliter inducens, q est sententia canonis,
quam authoritate apostolica ferre potest, & sic vē senten
tia papæ, alle. 11. q. 3. nemo contemnat, in primo & secun
do puto cōtrarium, & vide, quod scripsi de rap. c. 1. & in
mer. inf. de reg. iur. cui licet, & quod dicam inf. de priuil.
3 ne aliqui, in h. notant etiam, an † sententia lata sub condi
tione liget subditum, qui conditione pendente factus est
alterius fori, & tenet cum Da. q non. Contrarium teneas
cum moderatione, de qua dixi de ap. præ. 2. super fi. ul. gl.
& in merc. de re. iur. cum sunt partium, & ut ibi dixi, non
fateor Da. hoc tenuisse [quo]s. propter quod Arc. [furtū]
exempli cā ponitur. nam idem in quolibet alio delicto,
cum sequens ratio sit eadē, & nota per hoc reprobari distinctionem legistatum, qui dicunt, q statutum tunc ligat
subditum extra territorium, qn per illud punitur prohibi
tum l. diuina, uel communi, ut homicidium, rapina, furtum & his similia, & statutum statuentis subditum ligat,
ubicunq. delinquat, inducunt ff. de bo. auct. iu. po. l. cum
unus. §. pe. potius facit contra, sed bene facit inf. de foro
comp. Romana. § contrahentes. uide, quod ibi dixi super
ver. decernere. si uero iure diuino, uel communi non fundatur prohibitio statuti, dicunt non ligari subditum id agentem extra territorium, per l. fi. ff. de iuris. omn. iud. qua
si iudex non possit talia extendere extra territorium, ut si
prohibeat carnes quarta feria comedi, uel similia. primum membrum hic destruitur, cum loquamur de furto
diuina, & humana l. prohibito, ut patet. Exod. 20. & 32. q. 5.
pęna leg. sup. de fur. ff. & C. de fur. [commiserint] non dicit in diœce. sua, & sic reprobat Innoc. & Abb. qui sic distinguebat, de senten. excommun. a nobis. 1. aut dicit excommunico, qui furtum fecerit in diœc. mea, aut simpliciter. primo casu non ligatur subditus extra diœcesim furtum faciens, secundo casu sic, approbatur autem hoc
dictum Host. vt etiam ibi dixi (sententia) Archid. recitat,
hic dictum Tancre. dicentis, q quamuis excommunicatio sententia appellatur, vt hic. & inf. de senten. excom. p
4 totum. & 18. dist. c. vlt. impropriè † tamen dicitur sententia, quia potius punit, quā sententia impera. causæ finem
imponat, sic etiam absolutio ab excōmunicatione sentē
5 tia appellatur. 11. q. 3. §. 1. & q † excommunicatio sit pœ
na habetur 11. q. 3. nemo episcoporū. 24. q. 3. corripiātur
(diocesi.) Idem si intra dioce. in loco exempto, vt nuper
disputatum fuit per adoptiuum meū dominū Ioa. cald.
per hanc decr. & p decre. cum episcopus. inf. de offi. ord.
inducit etiam 18. q. 5. luminoso. & inf. de sta. reg. capitulo
vno. in fi. & clemen. de priuile. archiepiscopo, per quæ pa
tet, q exceptis quibusdam casibus nullam iurisdi. vel potestatem habēt episcopi in locis exemptis, & ipsæ decre
ta. in locis illis non ligant, induxit etiam, quod notaui
in cle. de foro comp. quamuis. in gl. quia nomine, quia
6 ibi † æquiparantur locus exemptus & locus extra dioc.
dominus meus disputauerat hanc quæstionē, & dixerat,
subditum episcopi delinquētem in loco exempto ligari
ipsius statuto, secus si persona etiam esset exempta & lo
cus exemptus scd'm eum, primum dictum non placet p
iura prædicta. Tamen scias, q in casu prædicto & in eo,
quem ponit textus, licet statutum nō liget subditū extra
diocesim, vel in loco exempto delinquentem, si tam ē ex
foro domicilii ille conuenīatur coram episcopo, poterit
illum punire. C. vbi de cri. agi opor. l. 1. & notatur sup. de
foro competen. c. fi. Casum conuersum, s. quādo exēptus
deliquit in loco non exempto, scripsi inf. de priuile. c. 1.
super vers. in loco exempto nosc ū ut. ratio scd'm Io. mo.
quia generalis clausula non refertur ad illa quæ speciali
ter expressa inducerent errorem, vel essent contra ius, re
mittit ad nota. inf. de reg. iur. in generali. Item si in loco
vbi deliquit, esset etiam illud statutū, absurdum esset, q
pro eodem delicto duabus excōmunicationibus per di-
7 uersos ordinarios † ligaretur. Et circa hoc vltimum remit
tit Arch. ad no. 16. q. 1. c. 1. al'eg. Ioan. mo. ff. nau. ca. sta.
l. licet §. fi. Et licet pro delicto quis possit conueniri corā
iudice domicilii, vt sup. dixi, principale tamen forum est
iudicis, sub quo deliquit. C. vbi de cri. agi opor. l. 1. & au
the. vbi signata. & ff. de pœnis l. capitalium. §. furiosos. Et
per prædicta respondet ad decre. cum sit ratio, in fin. de
app. & ad decre. apostolicæ. de cleri. excōmuni. Nā hic
generalis erat sentētia, ibi specialis in certos (territoriū)
an inferiores episcopo dicātur habere territoriū, scripsi
de foro cōpeten. cū cōtingat. cum suis remissionibus (dicenti) i. iudici & ordinario, vt patet ff. si quis ius dicenti.
per totum. Et per hoc videtur, iudicem nō posse citare
extra territorium, de quo satis dicam de foro cōpe. romana. §. contrahentes [impune] nec per hoc remanebit delictum impunitū, de quo punietur per illum, in cuius diœcesi deliquit. 3. q. 6. c. 1. de rapto. c. 1. Itē cōueniri poterit
corā iudice domicilii, vt prædixi, Glo. tertia respōdit per
quæstionē & soluit, & huic literæ respōdet dupliciter. Gl.
[cōtra) bi signat cōtrariū, triplicitet soluit, prima approbat, & remittit. In gl. tertia, ibi [iubemus in fine) bi, quid
enim peccauit antiquitas, quæ huius legis inscia pristinā
secuta est obseruationem. In gl. contrariū [ibi, si mulier]
vide de spon. veniēs. sup. vlt. gl. In prima gl. ibi, quod ibi
no. & quod inf. dicam super verbo, furtum. & in fi. secun
da ibi, statuto & prima pars ponit dictum, cui determinationem subdit ibi, dum tamen. secunda soluit dubiū
& rationem subiicit, ibi cum extra. ¶ In gl. tertia ibi [idē
in aliis) idem Arch dicens sententiis quibuscunque, cū
indistincte loquatur. ad hoc. 31. q. inf. c. vlt. & ibi (iubemus) in fi. volumus obligari, & loquitur de domino. &
C. de tabula. l generali. li. 10. Io. mo. dicit lex illa consensum non ignorantiam, sciebat seruum cartas publicas
scribere. In gl. qui dicuntur, in fi. quod Archi. hic de hoc
tractat, ibi uide. In glos. quæ est ibi (apostolicæ) Archid.

no. 38.

no.38.dist.In prin.22.q.2.§.ult.sup.qui ma. acc.poss.cum
tua.In gl.[no.episcopum]in fi.adde quod dixi sup.de of
fic.archipre.c.vlt.in fi.& quod dicam inf.de app. c.ult.
super vlt.glo.In gl.contra.in fi.& ibi ponam harum diffe
rentias super gl.quia tractus.In glo.ꝙ est, ibi[decalogo]
Exod.20.deutero.5.In glo.ult.in fi. & sic non obst. quod
dicitur,per duas negationes affirmari.ff. de verbor. sign.
duobus.quia illud,cum referuntur ad idem coniunctim,
secus si diuisim,vt hic & ff.de iureiur. si duo patroni.§.
Marcellus.in fi.secundum Ioan.Mo.ad idem. sup.de iure
iur.& si Christus.in prin. vel sit dictio composita. f. nō pa
reatur,i.inobediatur.

De rescriptis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus duabus excommunicationibus si impetret super vna, an propter aliam repellatur.*
2 *Rescriptum an valeat, quando excommunicatus cum excommunicato impetrat de consecutiuis iudicij, puta receptionem testiū, & similia.*
3 *Excommunicatus an possit impetrare sub interdicto uti possidetis & super iniuria prohibenda.*
4 *Rescriptum impetratum per seruum an ualeat.*
5 *Excommunicatio sequens sicut non uitiat uotum eligentis, ita nec uitiat rescriptum.*
6 *Excommunicatus si suo nomine non potest impetrare, ergo nec alieno.*
7 *Malitia hominum excrescente illud, quod olim requirebat exceptionem, hodie ipso iure irritum est.*
8 *Excommunicatus non est hæreticus uere, sed interpretatiue.*
9 *Excommunicatus an possit impetrare super nullitate sententiæ.*

CAP. PRIMVM.

Ipso iure. Breue est, & ponit dictū a qoo duos
casus excipit. Scias, quod Guilielmus
in speculo.de rescrip.præsentati.§.
rōne formæ.ver.sed quid si contra procurat. dicebat hāc
decretā fuisse in 3.q.4 c. talium, et ponit i supradictione,
& ipse idem in §.ibi seq.prope fi. dicit, ipsam fuisse Gre
gorii[rescriptum]Arch.no.hic quid sit rescriptū ſm Ho
sti.quod decido.& vide per ipsum in summa eo.tit §.1.de
impetrato ab excōicato no.de præb.dilectus 2.in gl. 2.&
vide quod super ea dixi,excōicato publice,secus in occul
to ſm Arc.qui in hoc sequitur Host.alleg.de publico,qđ
legitur & no.sup.de exc.exceptionē.in fi.de re iud.ad pro
bandam,de occulto inducit sup.de sent.exc. significauit.
8.q.4.nonne.2 3.q.1.audiuimus.ff.ad Mace.l.3.C.de test.
l.1.ff.de offi.præto. Barbarius.& qđ no.Inno. de sent.exc.
si vero,ad fi.& sup.eo.certum. post princ.sed illud non fa
cit.Io.mo.contra,ꝙ credo,vt dixi de procur. c.fi.super 1.
gl.pro hoc dicto facit,ꝙ litera indistincte loquitur.34 di.
omnino.& 31.q.1.c.vlt.in prin.& sup.de coniu.lepro.qn
que.in fi.Est tñ casus,quo valet rescriptom impetratū ab
excōicato occulte per episcopum suspicantem, ꝙ veller
contra eū impettare,ꝙ postea id ignorans fecit,vt in qō-
ne dominica,59.quam et vide in Spe.de rescri.præ.§.ra-
tione impetrantis.in fin.[Excommunicationis] propriæ
non alienæ,& idem dicit de app.& vide,quod scripsi post
Vin.de illo reo,qui impeditur procurato.dare,vel de illo,
qui impeditur ire pro absolutione ad curiam.sup.de iud.
1 intelleximus.super ver.per alium. Quid si † ex excommu-
nicatus duabus excōicationibus impetrat super vna, an
propter aliam repellatur? Videtur ꝙ sic per ea, quæ no.In
noc.de sent excom.sacro.vt ibi scripsi super versi. impen-
dat,contrarium credo,nec obstat decr.eo.tit.officii, quā
alle.Inno.per id quod ibi no. in vltima gl. Sed nunquid
valebit rescriptum super recuperanda possessione tediali
ab excōmunicato impetratum.vide in Spec.de coutuma.
§.fi.versi.sed pone reus, nam si excōicatio repelleret illū
a petendo,quod tenet Host.de verb.signi.dilecto. vt ibi
scripsi post prin.fortius ergo dicetur rescriptū non vale-
2 re.An † autem valeat rescriptū.quando excōicatus cū ex
cōicato impetrat de cōsecutiuis iudicii, puta receptionē
testiū,& similia.vide super ca.dolo.de reg.iur.in quæstio
ne appellationis propriæ,vt dixi,& tunc valet,etiam si sit
originalis actio,quod dic,vt plene scripsi de excep. signi-
ficauerunt.super gl.pe.reprobatur autem hoc dictū Gof-
fred.qui sua q.22.loquens etiam de reo originali dixit,ꝙ
licet appellare posset,non ante absolutionem poterat ap-
pellationem prosequi,vel super illa impetrare rescriptū,
ne concessum ad defensionem trahatur ad impugnatio-
nem,de excep.cum inter.in fi.sed veritas est,quod impe-
tratio talis defensio est non impugnatio. Ob hoc addunt
quidam alium casum, quando excōicatus etiam non ap-
pellās impetrat ad sui defensionem, puta quia si auditur
excipiens contra actorem, siue exceptio respiciat factū,
vt pactum de non petendo, siue ius, vt actoris excōicatio.
Si vadit ad Papam, & super hoc rescriptum impetret,
valet rescriptum, licet de sua excōicatione non fecerit mē
tionem.facit,quod no.Host.in sum.§.quando & qualiter.
ver.tanta.satis procedere posset hoc dictum, quando ad
id ipsum iudicem, qui grauat, impetrat, vt non grauet,
quia ille sit ordinarius, siue delegatus, non recepit iurisdi
ctionem per istud rescriptum.nam illā prius habebat, nec
formam, quia ad illam, qua nunc mouetur, prius tene-
batur, sed si ob hoc impetraret alium iudicem, vel nouam
formam puto opinionem falsam, per quā sequeretur, ꝙ
3 spoliatus saltem a iudice posset impetrare. † Item ꝙ posset
a excōicatus impetrare sub interdicto vti [a] possidetis, & su
per iniuria prohibenda, vel ꝙ de carcere relaxaretur, &
his similia, & sic multos casus haberemus vltra istos hic
expressos. Obtineat ergo absolutionem, vel exprimat ex-
b communicationē, vel in primo casu appellet: [b] & tunc li
cite impetrat, ut hic, & vide quod hic dicam super gloss.
pe.[impetratum]no.hic Arch.quod no. Cōpo. supra ca.
nonnulli.& Guil.de rescr.§.ratione formæ.vers.sed pone
tu es .s. quod si tu es excommunicatus propter causam
meam, & impetras contra alium, ego non possum te per
exceptionem repellere.ff.de excep.l.3.& sic dicunt tenuis
se. Not. etiam hic Archid. reum excommunicatum non
admitti ad conuenientiam iudicum.alleg.14.q.1. puden-
da.primo responso.de electio.quod sicut.§. super eo, &
quia satis est sibi, quod coram iudice ab actore impetran
do sibi legitima defensio reseruatur, probat hoc dictum,
quia conuentio iudicum est impetratio, nam actor ponit
vnum, reus aliom, curia dat tertium, vbi quod reus excōi-
catus dat vnum noīe suo, illum dr̄ impetrare, quod non
potest nisi in casibus hic exceptis. ¶ Prima gl. ponit, qđ
reprobat. ¶ Scđa gl. soluit quæstionem, & solutionem tri
bus rationibus probat. ¶ Gl. tertia quærit & soluit distin
guendo. Item quærit de ratione, & ponit duplicem, quā
improbat, & quadruplicē, quam approbat. ¶ Gl. quid si,
quærit, ponit opinio. cuius tenet contrarium, & respon-
det allegatis in contrariū. ¶ In gl. 2. ibi [l. vlt.] vide in c. sta
tim alleg. super vlt. gl. ¶ In gl. quid si. ibi, [l. 1.] seruus sup
plicat vel impetrat ad vindicandam necē domini. & l. se.
4 dicit † rescriptū impetratū per seruū valere. & ibi [possu-
mus.§.1.] vide in c. cū oporteat. sup gl. pen. & ibi [si pars.
§. vl.] vide de rest. offic. super gl. 2. & ibi. [§. vlt.] vide ī. eo.
ti. cū cōtingat. sup 1. gl. & ibi. [§. vlt.] incipit quolibet. vide
de empt. & ven. c. fi. in 1. gl. ¶ In 1. gl. ibi [opinionē] Tan.
quia Arch. dicit cōtra. s. ꝙ hic approbatur opi. Tan. audi
verba Tan. nequid desit curiositati, vt dicit Hierony. ad
Euādrū. 2. q. sic. n. dicit Tanc. in præ. §. indistincte credo,
ꝙ literæ excōicato concessæ, nisi ex certa sciētia dñi Papæ
& præ-

& præcipue super excommunicatione nullius momenti
sunt, sed quod hic dicitur, intelligo, φ post literarum im-
petrationem excommunicatus fuit ab homine, vel a ca-
none, vel forte reus noluit excipere contra literas, quia
sub iudicibus illis litigare volebat, & potest hanc excep-
tionem omittere, si vult .j. de re iud. inter monasteriũ. &
ibi idem Vinc. & ibi. §. sexta. & quod dixit Inno. in c. dile
ctus. 1. ĩ. eo. tit. in add. quam ibi scripsi super vlt. glo. ¶ In
gl. 2. ibi [repulit] de illo, qui excipit hic rescriptum, & suc-
cumbit, an reconueniat. vide in Spe. de reconuen. §. t. in
fi. & in veneria. q. 4. 1. & ibi φ non, idẽ Arch. & ibi verum.
30. q. in fi. disputatum & terminatũ fuit hic contrariũ per
dominum Palmerium eo casu, quo exceptio non cõtinge
ret rescriptũ, vel iurisdictionem, vt quia excipitur de ex-
communicatione lata post impetrationem, alle. de offic.
deleg. cum olim. & c. P. & G. & ne de dolo portet commo-
dum, de iud. intelleximus. Sed dominus meus in legibus,
domin. Mar. disputauit, φ si actor Ferrarien. Bononiens.
conueniens Bononiæ, quia reconuenitur, desistere vult,
non procedat reconuentio. & l. cum Pap. C. de sen. loqua
tur in actore, qui prosequitur causam, & auct. qui semel.
C. quomodo & quando, non cogit actorem præcise prose
qui, sed causatiue, quia si non prosequitur, reo instante ꝓ
cedetur, sed illud verum in cã conuentionis s̃m eũ, Guil.
contra in Spe. de reconu. in fine, & Cy. super auth. & con-
sequenter in 10. q. dicit contrarium etiam in cõueniente
reum coram delegato propter ius iam quæsitum reo, alle.
ff. de bo. pos. contra tab. l. si post mortem. §. fi. facit ad idẽ
j. de elect. ab en. & cle. eod. tit. constitutionem. §. pe. in fi.
¶ In gl. [nunquid] ergo ibi locum habet decret. pia. Sicut
5 † enim sequens excõicatio non vitiat votum eligẽtis, sed
sola præcedens, de elect. cum inter R. ita nec vitiet rescri-
ptum. Io. mo. contra & ibi sumit initium idem Arch. hic
Abba. decre. pia. alle. l. seruus. ff. de bo. poss. vers. seruus vt
admittatur ad bonorum poss. petendam, requiritur, φ ip-
sius conditio sit nota prætori. ¶ In gl. maiori ibi (a nobis)
quod ibi scripsi super. 1. gl. & ĩ. de hære. si aduersus, de ex
ceptione iuris vel fauorabili an detur, hic prosequitur Ar
chi. ¶ In gl. quid si contrarium credo, idem Archid. hic &
inf. de acc. c. 1. & ibi (recedere) vnde nec valeret rescriptũ
impetratum contra illum, qui remanet tunc astrictus ad
obsequium, & illud denegat, & vide quod dixi de senten.
excom. inter alia. super ver. solutæ, & ibi non valeret. Idẽ
Io. mo. & facit quod no. Io. 81. dist. dñs Maximil. & Ber.
supra eo. tit. nonnulli. super gl. pe. alle. Ioan. mod. ad hanc
partem, quod illi non sunt admittendi, quorum repellun
tur auctores. de testi. licet ex quadam. in fi. de hæret. fra
ternitatis. Et imputet sibi dominus, qui talem eligit. ff. de
6 mino. cum mandato. Item si † suo noĩe excõicatus impe-
trare non potest, ergo nec alieno. j. de regu. iur. quod ali-
cui. ¶ Item de qua re inhibita est petitio & impetratio. C.
si sæpius ex script. in integ. re. pe. l. 3. cum ergo a petendo
repellat, ergo ab impetrando, & posuit hoc pro indubita-
to, vbi dñs sciuisset excõicationem proc. per decret. fi. ĩ. de
proc. sed idem si ignoret s̃m eũ per decr. statim alleg. gl.
dicit ergo non distinguendum inter publicum & occul-
tum, satis enim est, φ detegi possit illum tunc excõicatũ.
Refert tamen quosdã distinguere inter procu. & nũcium
iuxta distinctionẽ tex. & gl. in l. cum mancipium. ff. de æ-
dil. edict. pro opinione sua dicebat ipse Io. φ † excrescen-
7 te malitia hominum illud quod olim requirebat exceptio
nem, hodie ipso iure irritum est. ad contraria, quæ pos-
sent induci de l. si procur. primo responso. ff. de doli exce.
vbi de dolo proc. non excipitur contra dominum, respon
det, vt ibi not. quod non loquitur de dolo cõmisso in ne-
gotijs quæ procurat, nec in facto eiusdem personæ, sed ter
tij. Item dolus vitiũ est solius dolosi, sed excõcatio per
iudicem fertur propter crimen concurrunt ergo crimen
& factum iudicis, & sic plus afficit. l. vniuersis. non loqui
tur in impetrante vitioso, licet notam habeat seruitutis.

Arch. tenet cõtrarium dicens. R. bene dicere in eo, quod
no. in decr. consulti. de proc. valere impetrationem factã
a procur. excõicato, si non fuit exceptum, sed vide, quod
ibi dixi super prima glo. inducens etiam, quod no. Inno.
in decre. pia. in glo. quare in princ. & dixit inspiciendum
concedentem eum pro quo conceditur, non eum cui, al-
leg. Sy. de con. dist. 2. & dixit in fine, quæ in contrariũ al-
legantur, procedant ante impetrationẽ, fatetur enim, φ
si excipiatur, bene repelletur etiam in casibus hic expres-
sis, cum decret. ista loquatur de impetrante super excom
municatione, vel appellatione proprio nomine, absurdũ
enim esset, excõicatum admitti super his nomine alieno,
sed si admissus fuerit nedum in his, sed etiam in alijs casi-
bus valebit secundum eum, ad decr. 2. de hære. §. ad hæc
respondet, quod loquitur de dignitate, vel eccle. data ad
8 preces hæretici veri, sed † excommunicatus non est hære
c cus [c] vere, sed interpretatiue, sic intelligitur c. quod au-
tem. 4. q. 1. inter istos autem est differẽtia quoad iniectio-
nem manuum, vt no. de sent. contingit, vel intelligitur il
le §. ad hæc. quando scienter facta est collatio ad instan-
tiam hæretici, hoc innuit verbum ad preces. tractat etiã
hic Arch. id, quod scripsi post Compo. in decre. nonnul-
li. ĩ. eo. super gl. pen. circa mediũ. m. s. φ non admittit curia
exceptionem excommunicationis contra impetrantem
probandam extra curiam per testes. ¶ Dicit etiã hic Ar-
chid. non admitti generalem procuratorem excommuni
cati ad impetrationem faciendam in casibus hic expres-
sis ex generali mandato ad impetrandum, sed requiritur
speciale ad hos actus, quod intelligit nisi in illo generali
exprimeretur, quod omnia posset proc. quæ constituens
in sui persona poterat, vel tenebatur facere, alleg. sup. de
dil. c. fi. facit inf. de proc. qui ad agendum remittit ad no.
per Vin. de procur. c. si. ¶ In gl. pen. ibi (significauerunt)
no. ibi Host. vt ibi scripsi super vers. defensio. & de re iud.
9 φ ad consultationem. super glo. fi. quod † excommunica
d tus potest impetrare [d] super nullitate sententiæ, quia cũ
omnis defensio cõcedatur, nulla excipitur, & quia si hoc
sibi per appellationem conceditur, cum sententia est ini-
qua. fortius concedi debet quando est nulla, contrarium
credo per hanc decre. vt ibi scripsi.

ADDITIONES.

a Interdicto. Et an agat interdicto, vnde vi. gl. & 60. in c. ex in-
sinuatione. de proc. & quod interdicto recuperandæ pos. age-
re non possit, tenet Io. de Im. & Phil. in c. bonæ memoriæ. de
appel. & in c. qua fronte. 3. q. & in c. dilect. de rescrip. & in c. ex
insinuatione. de procu. & in c. ad nostram. de iureiur.
b Appellet. vide Sicul. in c. significauerunt. de excep. & quod te-
net Phil. in c. bonæ. ver. 11. de appel.
c Excommunicatus. excommunicatus hæreticus appellatur. 4. q.
1. quod autem. Card. in clem. 2. §. cæterum. de elect.
d Impetrare. vide oppositum in c. 1. de rescr. contra Host.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum super quadam summa pecuniæ ad quinque libras, & ad mille agere poterit secundum stilum curiæ.*
2 *Scribitur aliter contra vniuersitates, & aliter contra singulares de stilo curiæ.*
3 *Vniuersitates quando aliter quam per interdictũ coerceri possint.*
4 *Rescriptum an detur contra non nominatum.*

CAP. II.

Cum in multis. (infinitas) i. incertitudo ge
neralis. vel multitudo. de
infinito scripsi sup. eo. li. in
proœ. ver. nec sine cã (clausulã) vide φ dixi de sepul. certi
ficari. super eo. verbo (quidã alij) cõprehendit fœminas. ĩ.
eod. significauit. vbi Vinc. no. contrarium, & vide in Spe.
de rescr. præsent. §. fi. post prin. ver. sed quærient, & quod
ibi dixi. Et nota φ clausula circa res hic nõ restringitur,
licet Ber. hic notauit contrarium per quandã extrauag.
q̃ incipiebat Roman. sed illam non habemus. & merito.
boni. n. ꝓtoris est lites dirimere. ff. si cer. pet. l. quidã. super
centum

centum ergo actionibus poterit agere impetrans. ff. de li. c. 1. ñ pariter. de quibus causis ad eundem iudicatur. l. 1. & 2.
1 vnde impetrans † rescriptum super quadam summa pecuniæ ad quinque libras & ad mille agere poterit secundum stilum curiæ, qui considerandus est, sup. de cri. fal. quã grauis secundum Host. & Arch, secundũ quos reus petere poterit, vt declaret actor habẽs clausulam in rebus super, quibus rebus agere velit, de quo remittit Host. ad sum. eo. tit. §. q cootinet ius commune, ver, non solũ tres vel quatuor, pares vel minores expressit. sup. c. sedes, & cũ hic sit alternatiua offerẽtis, & in fauorẽ illius, cui offertur, quod maius est, facere poterit secundum Io. mon, alleg. ff. de leg. 1. plane. 1. §. pen. sed si esset promittentis, veniret minimum, ff. de ver. obli. inter stipulantem. §. si sciẽter & cõtra de reg. iur. in alternatiuis [in iudicium] per hoc dixit Innoc. & Abb. quod in causa inquisitionis siue de crimine, siue de iure inquiratur, plures quã quatuor citari possunt, quia non proprie trahuntur in iudiciũ sed procedit iudex ex officio. Compo. ad hoc alle. intentionem mandatorum [primo] si fiant erga plures, puta tres citationes de eadẽ persona, satis est expressionem hanc factam esse in prima secundum Inn. Host. Fran. & Compo. [Exprimat] secunda pars fecit, quod debuit, quia bene expressit iudici, sed iudex non expressit in citatorio, dicit Fran. nõ præiudicabit parti, alleg. sup. de appel. ex insinuatione. 2. q. 6. anteriorum, & l. biduum, vide no. & dicam de ele. c. si, in gl. dicebamus. Dicit ẽt quod si non expresserit, cũ debuit, sed incontinenti post excusatur, si ius aduersarii per id non est factum deterius. ff. si quis cau. & si post tres, alle. sup. de elect. offici. cũ concor. forsitan hoc dicit, quia posset sine fraude fieri, puta, quia in alterius locũ succedit, qui iustam habet ignorantiæ causam. ff. de reg. iur. qui in alterius, sufficit tamẽ ad vniformitatẽ huius iuris, quod & fraudulenter fieri possit, insti. de auct. tut. §. neque, secundum Hostien. Prima gl, summat. ¶ Secunda gl. ponit 7. exempla, quibus vitatur infinitas, in fine ponit causam & remittit Glo. quid de. quærit, & soluit. ¶ Gl. olim, quærit & soluit, & subdit duo, quæ possunt recitari per quæstiones. ¶ Gloss. similem illorum. recitetur per quæstiones, ponit opi. ¶ In tertia Hostien. 3. quæ, quam approbat. secundo subdit dictum, cuius ponit opinionem contrariam, quam reprobat, tertio quærit & soluit. quarto quærit, arguit pro, soluit cõtrariam. Vltima gl. no. ad brocar. & remittit, secundo no. ad quæstionem. In secunda gloss. ibi [l. 1, in fi.] vide in præ. ca. cum causam. super glo. pen. & ibi, restringitur ad spacium centũ annorũ & ibi, si quis co. vide de test, licet 3. super glos. 2. In gl. & cognomina ibi [cæterum] vide inf. c. significante. in 1. gl. In glo. prima in fine, & sunt duo dicta, quorum primo causam præmittit, secundo submittit. secundũ ibi quorum. In gl. secunda ibi [significaret] & ca. licet. 3. quæ de reprobatione testium loquitur secundũ Host. & Ioan. mon. idem secundum eos in computatione graduum de consangu. & affin, tuaidem. secundũ Host. & Archid. in casu. 11. quæst. 10. 3. quoniam multos. ipse Host. addebat etiam casus alios circa fideiussionem. sup. de fideiuss. capit. 1. & vlti. circa iuramenti delationem, quod ad certam quantitatẽ restringitur. ff. de in li. iuran. l. videamus §. iurare. Itẽ circa impetrationem iudicum & rescriptorum. sup. eod. ad hæc cap. si. de dolo & contu ex literis, circa ordinandorum multitudinem. de æta. & quali. com sit. Item circa litium motionem, sup. de do. & contu. finem, C. de iudi. l. apertissimi. & l. properandum. ff. de arbi. non distinguemus, §. quæsitum. Item in casu huius ca. & ibi, si quis. co. ad idem. ff. vt lega. no. cauea. l. 1. §. cui. & ibi. §. vlti. ibi allega. in l. si finita, medietate sequenti. Dyn. soluit hoc brocar. Azo in suis brocar. in vlt. charta. Cyn. in l. vna. C. de sent. quæ pro eo quod interest. in 1. obiectione. Iac. de Belui. in l. videamus §. iurare. ff. de in litem iurand. & in vsu feu. in solutionibus contrariorum, in princ. In glo. 3.

in fine, vel ad prouidentiam illorum contra quos literæ impetrantur secundum Host. secundum quẽ concor. sup. de offi. dele. super quæstionũ §. verum. vel c. cum magna diligentia secundũ Pet. & Archid. In glo. 4. ib. (expressos) sint vnus vel plures. In glos. 5. ib. (vniuersitatem) expressa tamen singulari persona, vniuersitas vel collegiũ conueniri non poterit per hanc clausulam secundũ Host. & ad hoc sup. eod. sedes, idem Archi. & Ioan. Mon. qui remittit de regu. iur. in generali. Rationem inducebat Host. q
2 † de stilo curiæ aliter scribitur contra vniuersitates & cõtra singulares. nam primo casu poni solet clausula, prouiso q contra vniuersitatem sine speciali mandato nostro nullam excommunicationis, vel interdicti sentẽtiam, qđ hodie de excommunicatione etiam ordinariis prohibet, contra. de senten. excõmu. romana, ad fi. de interdicto etiam dic, vt in extrauag. Bonifacii, prouide. idem dicit Host. quod facit curia, quando scribit contra nobilem baronem. Audiui a domino Stephano quondam Bono-
3 niensi episcopo, q † quia aliter, quam per interdictũ vniuersitates quandoque coerceri possunt in rescriptis contra eos, non ponitur hodie illa clausula de non interdicendo, Et in fi. secundum quẽ idem si dicatur, cites oẽs illos, quos talis tibi nominauerit. Sed si in literis dicatur, cites omnes illos, qui tali contradixerint, vel qui eum molestant super re tali, quidam dicũt secus, sed Inn. dicit se nõ videre, quare cõtradicant. Ego puto, quod si in rescripto dicatur, cita Petrum & alios, procedat, quod dixit Inn. sed quando dicit, cites omnes illos, quos &c. non puto locum esse huic decret. quæ nõ loquitur in clausula vniuersali omnes, sed in limitata vel indiffinita, ad materiã vide quod dixi de escep. dilecti. in glo. 2. & vide in Specu. de cita. §. sequitur. in vlt. colu. Vnde dixit hic Franc. hanc decret. solum loqui, quando clausula sequitur personam expressam vnam vel plures. secus autem vbi nullæ, alias nulli personæ applicatur secundum eum. tenet ergo, q per illas formas. Item per formam, quicquid post iter arreptũ, & per illam, ea quę de bonis, & per illam, nonnulli iniquitatis filii, plures quam quatuor conueniri possint, & per hæc & ea, quæ statim subdam. soluitur, quod notauerat
4 Ioã. in decre. sedes, scilicet † an rescriptum detur contra nõ a nominatum, quia quãdoque datur, vt in formis prædictis, nõ tamẽ datur in terminis, quos ponebat. scilicet cõqueror de quodam, vel de illo, qui detinet rem meã, vel ecclesiam meam, inducebat pro & contra iura, quæ alleg. eo. tit. ad hæc, in prima gl. vltra quæ ad affirmatiuã alle. de ord. cog. cũ dilectus. in prin. de appe. significantibus. vbi impetratũ fuit super quadã terra, & valuit rescriptum, dũmodo fiat specificatio in libello, ad idẽ sup. eo. pastoralis. in fi. in contrariũ, quia æquiparatur libello, de dilatio. præterea, ea quæ debet continere personã & rẽ certam. 3. q. 3. offeratur. Soluebat, rescriptum nõ vitiari propter generalitatem rerũ, vel personarũ nõ factam in fraudem, dummodo in libello specificentur. In reuocatoriis autem dicit specificationem necessariã, de do. & contuma. c. 1. de confirma. vti. vel inutili. bonæ. In gl. & ideo. in fine, & sic nota quatuor tempora circa hanc clausulã secundum Franc, primum ante decre. sedes, secundum post illam & ante illam, tertium post istam & ante stilum contrarium, quartum hodie per stilum & vsum curiæ. In gl. quid de, ibi Host. & Ioa. Mo. & in fine, & sit ratio, quia cito potest ad eos haberi recursus, & quia largius contra episcopos, interpretamur ipsorum rescripta. sup. de cõse. cum dilectus. Abb. contra, & pro eo Archid. de con. di. 1. basilicas. & Guil. in Spe. de cita. §. 1. versi. quid si in literis legati. & hoc placet hic Archidiã. per rationes ibi notatas per Guil. & quia secundum eum sequeretur, q hæc clausula in literis aliorum poni non posset. hoc vltimum non intelligo, tamen multum facit pro hac opinione, si dicis, quod illud, que, frequenter sit interpositio, facit ad hanc partem. sup. de pœnit. & remiss. cum ex eod. in fin.

& de

& de re iud. in causis. satis æque dici posset, ꝙ aut præiudicatur solum danti rescriptum, aut alteri, vt primo casu sit vera prima opinio, secundo secunda, & secundum hoc stabit gl. in litteris episcoporum, opinio contraria in literis legatorum. In gl. ibi (arbitraria) Pe. & Arc. dāt similia de ætate postulantis. ff. de postula. l. 1. de numero 8. efferendariorum in auth. de refe. in prin. & ibi secundū B. & Compo. dicit hoc æquius & verius, licet aliqui contra, & in fi. idem Innocen. & Ioā. Mo. & Host. ponit exēplum, quando episcopus super limitatione conuenitur, vt vnus de quatuor, quam causam sine capellano suo tractare no potest. In gl. [scilicet illorū] ibi Innoc. & Compo. reddūt rationem, quia citatoriū primi citati multis potest esse occultum, & ibi satis credo, idem Archid. & Host. fatetur hoc esse de mente, vnde sufficere debet. consuluit tamen, quia facile cōtra impetrantes interpretamur, quod mens & verba seruentur, pro glos. facit, ꝙ præsumitur ꝓ scriptura tabellionis. sup. de præscrip. ad audientiam. Itē facit ff. de excusa. tuto. scire. §. scire. cum sequentibus. ibi, & de expressis tractabat Compo. an expressio in rescripto citatorio cōpetat exceptio, ꝙ conueniendi per clausulā non fuerūt expressi. & si ille dicat, nolle se alios conuenire, dicitur, ꝙ nō compareat, satis est enim, quòd sibi præclusa est via ad alios conueniendos, & perdidit vires clausulæ, dicebat ipse contrarium per extrauag. Alexan. quia p illam, quæ volebat, nomina exprimi, & si vnum tantū cōuenire volebat, sed illam decr. non habemus, & vide Spe. de citatione. §. 1. versic. item quod per clausulam. Quare videtur, ꝙ si etiam per clausulam vnum cōueniat, & aliorum nomina non exprimat, ex quo dicit se plures conuenire nolle, teneatur citatus comparere & respondere. Tamen, prout dicit Compost. caute fecisset iudex non citando, nisi vel fieret expressio, vel renunciaret conuentioni aliorum, & hoc in citatorio exprimere debuisset. Itē prout dicebat Host. expressio talis petenda est per iudicem, ad quem plus, quam ad partem spectet omnem adhibere cautelam. ff. de iud. si prætor. vnde si subdelegat, faciat prius exprimi noīa, & illa insinuet subdelegato, nec prius subdeleget, vel alias procedat, quam fiat expressio, vel renunciatio. Et ibi [veneriali.] quæ est tertia. & ibi [secundum Ber.] idem Ioa. mon. & Arch. & in fi. vide alias quęstiones circa hoc in Spec. de cita. §. 1. ver. item ꝙ per clausulam, & in duobus sequētibus. ¶ In glo. & cogeo nomina. in fi. dicit Franci. in odium rescriptorū, ꝙ circumlocutiones etiam certas sine nominibus, non sufficeret exprimere. ¶ In vl. gl. ibi [reprobari] & est hoc in odium impetrātium, qui debuerūt deliberasse, & esse instructi prius, allega. 3. q. 3. spacium. C. de tempo. in integr. resti. l. petendę. ff. de doli excep. l. purè. §. fina. ff. de calum. l. annus. Et ibi [specificauit] supple sine protestatione. Et ibi [non poterit] hoc verum, nisi errore probabili deceptus fuisset secūdum Arch. qui satis de hoc no. inf. eo. gratia, vt ibi dicā dicebat hic Host. ꝙ acceptans nō variat, si acceptatum cōsequi non potuit. inf. de concess. præb. quia cunctis. § penul. sed si consequi nō potuit, vt quia alius habēs priores litteras illud acceptauerat, vel acceptauit nō vacās, quia talis acceptatio non tenuit, variare potuit, & aliud acceptare, alle. ff. de op. leg. l. 2. & quia cum effectu sumenda sunt verba. de cleri. non resi. relatum. Caueat tamen sibi talis, quòd per sententiam succumbat & sine collusione. nam si colluderet, nō prodesset, sed obesset. inf. de collu. c. 2. & si compromitteret, vel alias componeret, imputaretur sibi, nec posset aliud acceptare. sup. eo. ad audientiā. ff. de euic. si dictum. §. si compromisero. Ego credo, ꝙ etiam sine sententia, potissime si protestationem fecit, vt est mors. Si videns errorem & beneficium alii debitum, illud omittit, & aliud acceptat, valet acceptatio. facit quod no. Compost. sup. eo. capitulum. circa fi. vers. sed qđ si non valeat, & vltra medium ver. item quid sit collatio. & quod scripsi de offi. dele. in literis. nam & in casibus cōmendatur, qui fossam non expectat, de præbendis, si beneficia. facit sup. de ele. c. pe. non obstat, ꝙ de euic. non agitur, nisi post sententiam. C. de euic. l. 3. quia illa actio competit contra actorem, a quo emptor causam habuit, hic non. Item ibi denunciare tenetur, ꝙ defendat, alias nec sufficeret sententia. su. de empt. & ven. c. fi. Iste vero, cum quo nunc litigat, nil denunciare tenebatur, sed oportebit eum nunc fidem facere, quod beneficium illud sibi non debebatur, ad quod onus vitandum expediens fuisset sententia, quæ tamen nec iuuaret, si ipsius contrarium probaret, nam hæc contra venditorem sufficit emptori sententia, quæ per iniuriam vel imprudentiam lata est, vt in prædicta decre. vl. cum concordantijs.

ADDITIO.

a ¶ Nominatum. Adde Bar. in l. 1. §. fi. in 1. q. ff. a qui. appel. non licet, & in l. 1. versi. si vero quæritur. ff. de consti. princi.

SVMMARIVM.

1 *Industria dicitur frequens exercitium circa rem honestam.*

2 *Ius additum vel interpretans habet locum in his casibus, quibus vetus vel interpretatum.*

3 *Iudiciū non est idem in causa principali & in causa appellationis.*

4 *Conseruatores non habent iudiciariam cognitionem, nisi oriatur ex aduersarijs exceptio.*

5 *Actor an possit lite finita conuenire per literas impetratas a reo ad alios iudices lite pendente.*

6 *Forma edicti, quod quisque iuris, habet locum etiam in actionibus postea quæsitis.*

7 *Res, de quibus agitur, quando sint in eodem territorio ex æquitate c. dispendia litium, erit idem in realibus.*

8 *Constitutio an sit seruanda in rebus, vbi eadem est æquitas.*

9 *Rescripta duo impetrans ad diuersos contra unum super duabus parochialib. sed solum vsus vno & lite finita poterit vti alio.*

10 *Reconuentio non procedit in causa, de qua iudex conuentionis iudicare non possit.*

CAP. III.

Dispendia litium.

[Aequitas] de hac vide sup. de trans. c. fin. [compendio] i. breuitate releuante partes a laboribus, & finem litibus imponente, sm Host. Io. mo. & Archi. Industria; idest cura, labore, 1 vel vigilantia, & dicitur † industria frequens exercitium circa rē honestam. Archid. [coarctare] idest restringere. Host. vide ꝙ post Valerium dixi, de fide instr. cum Io. ad fi. ver. non obstante [personales] vide quod dixi s. vt lite non cont. quoniam. §. in alijs. in prin. Fran. Vercel. hic exemplificat personales, quæ dūr personam obligatam ex contractu vel quasi, ex maleficio vel quasi. insti. de act. in prin. de primo dat exemplum in mutuo, vēditione, locatione, conductione, verborum & literarum obligatione. de secūdo in actionibus negotiorum gestorum, tutelæ & similib. de tertio in actione furti, damni dati, rapinæ & iniuriæ. de quarto in iudice male iudicante, in proijciente de cenaculo, quod nocuit, patent hæc insti. de obli. & rubricis seq. [quæstiones principales] si enim altera esset appellationis. fieri posset eodem tempore conuentio coram diuersis, sm Inn. & Cōpost. ꝙ probat Io. mo. quia hæc decr. addit ad gregorianam. § e. c. fi. quæ loquitur in principali 2 bus: ius aūt additum vel interpretans his casibus locum hēt, quibus ius vetus, vel interpretatum. ff. de pac. dota. inter socerū. §. cum inter. in auct. de filijs ante dot. in. na. circa fi. col. 3. dicit etiam hoc patere in appellatione ante diffinitiuam in qua euenentu iudicij pendet, an sit iudex is a quo vel is ad quem appellatum est. § de appell. vt debitus. vnde cum non appareat quis eorum sit iudex ad alterum non potest impetrari. In appellatione a diffinitiua idem, cum non directe de principali quæstione, sed an bene, vel male fuerit iudicatum, agatur ibidem. C. de appell. eos. inducit. §. reus, ibi, eodem durante iudicio,

† sed

3 † sed in cā principali & appellationis non est idem iudiciū, quia diuersus modus petendi diuersos processus. & hic diuersificāt iudiciū inter easdē personas. s. de test. veniens. 2. cum concor. [ad diuersos] simile de cā possess. c. 1. C. de iudi. nulli. vbi possessionis & proprietatis cāę nō dēnt simul diuersis cōmitti, ɔcor. ff. de quib. re. ad eundē iudicē eatur. l. 1. & 2. per quæ iura tenuit Barth. post Hugo. in veneri. 9. ad quē Guil. remittit in Spe. tit. t. §. vlt. ver. quid si princeps, ꝙ si simpliciter ɔmissa est causa inter tales, & actum est criminaliter, lite finita poterit agi ciuiliter ex eadem causa corā eisdē, alleg. ēt de don. inter vi. & vxo. c. 3. & C. qñ ciuilis actio. l. 1. Goff. ɔ in sua q. 20. & Dama. in q. 1. de rescriptis. per decret. in literis. de off. deleg. dictū Goff. maxime procedit, cū absolutus fuit reus, quo casu fm Placen. & alios ēt corā ordinario alio iudicio agi non posset. Accur. ɔ in prin. vltimæ glo. C. qñ ciuilis actio. l. 1. & ibi vide plene per Cy. sub 3. q. & sequētib. [ad eosdem] quid si ɔ hāc decret. impetrauit ad diuersos diuersa rescripta, sed omnes cōmittuut vni. & de hoc in Spe. de rescri. possunt. §. fi. ver. quid si is qui. & tenet, quod ibi scripsi [literas] dñt Inn. Compost. & Fran. Vercel. ꝙ literæ conseruatorū, vel processus per ipsos habiti non impediunt literas obtentas in forma cōi, siue literæ in forma cōi præcedant, siue sequātur cōseruatorias etiā inter easdem personas impetratæ, quia
4 † conseruatores non habent iudiciariam cognitionem, nisi oriatur ex aduersariis exceptio. hæc intelligas per ea quæ dicā j. de offic. de leg. statuimus. super vers. nec ad alia. Eadem ratione tenent Inn. Ioan. mona. & Archid. hoc locū non hēe in literis executorijs vel conseruatoriis. remitit ad prædi. decret. statuimus. Tenent ēt si pendente noua quæstione personali super appella. ante sententiam per impetrantem grauatum, ille poterit super alia personali, quam voluerit, nec habebit necesse impetrare iudicem appellationis, nec iudicem causæ principalis. Inducunt quod dixi s. in gl. principales [Impetrare] a papa vel inferioribus ordinarijs fm Inn. Vin. Abb. in Spec. de rescrip. possunt. §. fi. vers. Item ꝙ ad diuersos. & ibi ver. sequen. vide alias quæstiones ad materiam [valeat] ipso iure. Ioā. mona. [per eosdem] primas vel secundas. P. Abb. & Archid. Et not. Abb. legitime factū vitiari pp superuenientem casum concord. s. eo. ex tenore. [durante] secus si finitum est, vt hic innuitur.
5 † An vero lite finita possit actor cōueniri per literas impetratas a reo ad alios iudices lit. pen. vide in Spec. de reconuen. §. 1. ver. quid si ipse, & scripsi de rescrip. pastoralis. in gl. si super. in fi. [obnoxium] actione, quæ sibi competeret tpe impetrati rescripti ab actore secundū Dama. in q̄stione 12. de rescriptis. in contrarium allegabat, quia nō plus tenet procura. quam dominus, nisi in satisdando. ff. de procur. sed hoc. §. defendere. sed procurator cauere tenetur defendendo actorem, si reus eum reconuenire velit. eod. tit. seruo. §. ait prætor. fortius ergo & dominus respondere tenebitur. & l. omnium. eo. tit. dicit ꝙ reconuentus omnium actionum nomine defendere tenetur, qui omnia dixit, nil excipit. 19. dist. c. 1. bene facit ff. quod quisque iuris. l. 3. §. pen. vbi pœna
6 edicti, quod quisque iuris. habet locum etiam in actionibus postea quæsitis. Item non reperitur reus prohibitus reconuenire super ortis post datam rescripti, ergo permissis, eo. tit. l. mutus. tenet primum, alleg. ff. de neg. gest. nam & seruius. §. si uiuo. vbi gerens negotia noua inchoare non tenetur, dicit ēt præ. l. omnium. non intelligi de futuris, vt etiam ibi no. vbi vide responsionē ad præ. §. penult. & ponderandum est tempus datæ. s. eod. tit. eam te. sic & stipulatio damni infecti non pertinet ad ædes postea acquisitas. ff. de dam. infec. damni. §. si is. fatetur tamen cum Azone, quod etiam si nulla competebat actio, ex quo nō fuit repulsus, si postea incipiat competere, fertur pro eo sententia, per l. si rem alienā. ff. de pignora. actio, facit s. de re iudi. abbate. & quod scripsi s. e. ca. vltimo. super verbo exortæ, æquitate liēt hoc dictum, vt vniformis sit virtus rescripti in actore & reo, & vt tanto minus per rescriptum præiudicetur ordinariæ potestati, decre. tamen vlt. s. eo. solum in impetrāte loquitur. & vide quod dixi in Spe. de rescrip. præsen. in fi. [reconuentionis] de qua cognoscit vt delegatus, fm Host. de hoc s. de offic. deleg. P. & G tractarēt hic Host. an de crimine reconueniatur clericus corā iudice laico, quod dixi de mu. peti. c. 1. in gl. reconuentio. vltra medium, vers. vtrum aūt laicus seruo, de suo. n. non de alieno debet quis contendere. ff. si vsuf. pe. l. vti fru. t. respon. Ioan. mon. ¶ Prima gl. summat & exponit prin. ¶ Gl. quasi secus. notat a contrario, & quatuor diuersitatis rationes reddit, contra vltimam remittit. ¶ Gl. sed si. obiicit, & soluit. ¶ Gl. qd si. quærit & remittit. ¶ Gl. in hoc. quærit, arguit pro, & soluit contrarium. ¶ Gl. forte. ponit quæstionem, quam alternatiue soluit. secundo quærit, arguit pro, ponit solutionē. B. cui dubitando resistit. ¶ Gl. forte est. obiectionem soluit. ¶ Gl. vltima exponit & de quæstione remittit. ¶ In gl. quasi secus. ibi [cum prætor] vide s. de vsu. qñ. super prima gl. & ibi [si legatum] per editionem testamenti probatur legatum. ¶ In gloss. ibi [hic dicit] & sunt duæ partes. in prima constitutionis causa, in secunda constitutio ibi, decernimus. secunda facit duo. primo prouidet de actore, & ɔtacienti triplicē pœnam imponit. secundo de reo, in quo vnum excipiēs pœnam repetit ibi, reus quoque. [Et in fi] per quod exponit Host. dispendia. i. grandia dispendia. vel dic fm Arch. i. damna, vel. i. dispendiosas dilationes fm Ioan. mona. alleg. ff. vt le. no. ca. l. ēt. in princ. ¶ In gl. 3. ibi [proœmio] huius libri, bene facit p̄ o. omniū clem. ¶ In gl. 4. ibi [non valeat] dicit Host. ꝙ in hoc potius declarauit, quia illud erat de mēte. ¶ In gl. ibi [realibus] idem Francis. Compost. & Archi. & ibi [dilectus] licet super illo possit coram ordinario domicilii conueniri, vt ibi dixi super gl. 2. & not. de foro competen. cap. fin. & ibi [quam in illis] Item oportet interdum rē subiici oculis. ff. fin. regū. si irruptione. & dicet litigatores esse vicinos. ff. de cen. l. forma. fm Innoc. dicit Compost. ꝙ quia illud vitium plus in personalibus frequentabatur, ideo de illis prouisum fuit. ff. de legi. nam ad ea. di-
7 cit Hostien. Ioan. mona. & Archid. † ꝙ vbi res, de quibus agitur, sunt in eodem territorio, quod ex æquitate huius capituli erit idē in realibus, vt sicut vnus esset ordinarius illarum, ita sit vnus delegatus. vnde dicebat Host. hic, & ponit Arch. ꝙ vtriusque necessaria erit distinctio, an fiat bona fide, vel mala. Si bona fide, vt quia Italicus, qui vnum contractum fecit in Italia, alium in Anglia, vtrobique vult habere iudicem, cui hoc expedit, quia difficile foret ad remotā regionem ducere testes contractus. s. de fideiusso. c. 2. & 3. & econtra, vbi contractus facti sunt, vel res sitæ in eodem territorio, vt dixi. & hoc voluit decr. nonnulli. quæ dicit sub vno iudice postquam tractum commodius, alleg. ff. de legi. non est nouum. & leg. seq. ff. de testibus. l. quæsitū scio. Remitrit ad sum. eod. tit. §. ꝙ cui præiudicet. sub §. vbi autem vtraque versic. si idem. & in sequentibus. pro his
8 facit ff. de inust. rup. & irri. testa. l. fin. cōfiteor † ꝙ in rebus vbi est eadem æquitas, constitutio est seruanda, sed nego pœnam locum habere, si constitutio non seruatur, per regulam s. e. suam. de pœnis, cum concor. ¶ In glo. sed si reus. ibi [sit illi] hoc verum, si recusetur, & coram arbitris grauamen probetur, vt ibi satis dixi super vnica glos. Abb. autem dicit hic, quod decre. ad hoc. & similia iura loquuntur in causis mouendis non iam motis allegat de appellat. super eo. quia vna personalis potest sine reliqua terminari. ergo non impedit appellatio. vt ibi fatetur, quod gloss. ibi sentit contrariū, & ibi secundum Ber. & Hostiē. & ibi [Impetrate] Hostien. di-

cit

2 bus ſcõmittatur inceſtus hř 36. q. 1. §. cum ergo. & de nu-
ptijs inceſtuoſis hř 35. q. 3. c. 2. & c. nullũ. & c. de inceſtis.
vbi vide, & dicuntur abhominabiles Deo & hominibus.
vt e. q. nec eã[quam rerum] qũo diuerſa ſignificat, remit
til Ar. ad no. per ſe. 4. diſt. ante horã. & vide quod no. 22.
q. 7. ſi de rebus. in prima gl. [confiſcata] intelligũt quidã
ſ. Io. mo. etiẽ permanente, ar. ſ. e. ſtatutũ. §. 1. Arc. (tempo
rales] dubitatur ſi Bon. origine & patrimonio, qa ibi hẽt
bona, conſtituit Florentiæ domicilium & ibi damnabitur
de hæreſi, an ad dñium vel cõe Bon. an Florentiũ ſpectet
apprehenſio bonorũ, q̃ ſunt Bon. & ponitur, ꝙ conſtõnes
officij tñ papales volunt, ꝙ tres partes fiant, vna ſit iudi-
cis ſecularis, alia officialium, tertia deſeretur eccleſię Ro
manæ ꝓ tuitione officii, quo ad Bon. inducuntur tales rõ
3 nes, hic ſapprehẽſio bonorum facienda eſt per pſonas pu
blicas non priuatas. primũ patet hic. ad hoc C. de bo. pręe
ſcr. l. ſi qs tuera. & l. ſi qs poſt. §. ꝙ no. & de bo. vacan. l. ſi.
lib. 10. ſcđm patet ex primo. ad id C. de iure fiſ. l. prohibi-
tũ. nec eſt ſingulis concedendũ quod per magiſtratum pu
blice fieri poſſit, ne occaſio ſit maioris tumultus faciẽdi.
ff. de reg. iu. nõ eſt ſingulis. iudex aũt Florentinus quo ad
bona Bononienſia eſt perſona priuata, quia ſunt extra ip
ſius territoriũ. ſ. eo. li. de conſti. c. 5. in fi. ff. de iuriſd. om.
iud. l. fi. de offi. præ. vr. l. fi. ergo ad Bon. nõ ad Florentinũ
debet occupatio vel apprehenſio pertinere, maxime quia
cũ iuriſdictiones per territoria ſint diſtinctæ, vt probatũ
eſt, & prohibitum vna via, alia via per indirectũ, vel me-
dium fieri prohibeatur. inſ. de reg. iur. cum qđ. ſicut inqui
ſitores Florentini per ſe non habent iuriſdictionẽ Bono.
ita nec habere põt per medios iudices Florẽtinos, nam id
ſolũ iuſſu iudicantis põt poſſideri, qđ eſt in iuriſdictione
iubentis. ff. de bo. auth. iu. poſ. l. cum vn⁹. §. is q. p declara-
tionẽ igitur Florentini inquiſitoris inſurgit iuſſus occupã
di, q iuſſus bona ſita Bon. nõ aſtringit. itẽ ſicut tutor dat⁹
occupat ſolum adminiſtrationem bonorum, quæ ſunt in
tra iuriſdictionem dantis. ff. de tu. & cu. da. l. pupillo. &
ff. de ex. tu. l. illud & no. e. ti. l. non ſolum. §. & qui teſtõ, li-
cet per oſſm pupillus ſit ſuæ adminiſtrationi cõmiſſus. ſic
in damnato per ſententiam miſſo poteſtate iudicis ſecu
laris erit hoc caſu dicendum. Itẽ damnatus de hęreſi Flo
rẽtię eſt ẽt hæreticus Bon. ad hoc ſ. e. vt commiſſi. ver. &
cõtra illos. C. e. ti. auth. gazaros. in prin. & fi. ſicut de excõi
4 cato dř. 4. q. 5. c. vno & 11. q. 3. c. a lic ſnõ minoris ſed ma
ior s

ioris virtutis eſt rõ originis, ꝙ rõ domicilij.ff.ad muni.l.
aſſumptio.& l.domicilitũ.& l.libertus.§.preſcriptio,& no.
C.de mu.& ho.l.1.lib.10.& de hoc in q.porrorũ ſup reg.
qui prior.ſi ergo Florentiæ dãnatus, dẽ dãnatus Bon.& rõ
originis Bon.eſt potẽtior.ergo ad Bon.ſpectat apprehen-
ſio. Itẽ Bon.iudex hẽ loco poſſeſſoris rei,& Florẽtinus lo-
co actoris, reſtat, ꝙ ſi caſus eſt dubius iudicare dẽt pro
Bon.ı̃ de fide inſt.inter dilectos.ad finẽ.cũ concor.nec eſt
nouũ,ꝙ Florẽtinus habeat certa bona illius Bono.alia,ꝙ
ſæpe contingit, vt patet de teſtam. relatũ. 2.in ſi.ı̃.eo.lib.
de ſepul.cũ quis.§.1. C.de ſecundis nup.l.cũ aliis.de ſuis
& legit.l.de mancipatis. C.ſi ſocius liberalitatis imperia-
lis ſine hærede deceſ.l.vna.li.10.ff.de teſt.mi.l.ſi a milite.
§.fi.& l.ſeq.& de vete.& im.ſuc.l.1.& 2.Ricardus de Ma-
lũbris qui hanc qõnẽ diſputauit Paduæ, tenuit cõtra.ſ.ꝙ
ad iudicẽ eccleſiæ Florentiæ ſpectent illa bona his rõnib.
Apprehenſio & occupatio bonorũ dãnati ad ſecularẽ iu-
dicẽ ſpectat directo per conceſſionẽ papæ vel principis,
nec aliter occupare poſſet, vt hic in fi.& in cõſtitutionib.
officij, de quib.in qõne dixi.& C.de bo.va.l.1.3.& vlt.ſed
ſi princeps adminiſtratorẽ dat, puta tutorẽ, ille non ſolũ
adminiſtrat bona pupilli, quę ſunt in prouincia ſua, ſed ẽt
quæ ſint extra prouinciã. C.de admi.tuto.l.8.eſt ſpãle in
dato a principe, quia ſecus in dato ab alio, vt probatũ eſt
ſupra, ſic & iudes Florentinus a principe datus admini-
ſtrator, occupator & diuiſor bonorũ adminiſtrabit, occu
pabit & diuidet nõ ſolũ bona, quæ ſunt Floren.ſed ẽt quę
ſunt Bon.cũ tñ extra territoriũ Florentinũ ſit priuata per
ſona non ſua auctoritate, ſed per relationẽ ad iudicẽ Bon.
hoc facit ı̃ eo.li.de fo.cõpe.Romana. §.contrahentes.nã
per iudices locorũ vbi ſnĩæ feruntur earũ executiones fie-
ri dñr, vel per ſe, vel relationẽ ad alios ſub quib.eſſent res.
ff.de re iudi.a diuo pio. C.de iudi.properãdũ.§.ſin autem
reus.ergo hæc executio ſnĩæ latæ Florentiæ ſpectat ad Flo-
rentinũ.ꝙ de bonis Bon.relationẽ facit ad iudicẽ Bono.
& ꝙ occupator ſit executor, vt patet in text.& per hoc ſit
rñſum ad primas rõnes partis cõtrariæ. Itẽ cõſtat, cõfiſca
tionẽ hanc fieri in pœnã dãnati, vt nudus exulet. vt all.dẽ
ff.de capi.dim.tutelas.§.fi.C.ad l.iul.ma.l.quiſquis.ff.de-
poſi.bona fides.occupatio tñ & partitio ſit ad ſubleuatio-
nem laborantiũ, ꝙ patet in portione tertia. quæ applicatẽ
ciuitati.C.de vec.cõ.l.fi.& C.noua vec.l.1.idem in tertia,
ꝙ datur officialib. qui negotiũ peregerũt, facit in Auth.
de iud.§.ne aũt labor.ff.de don.ſi pater.§.fi.tertia, quę pro
officio cõſeruatur, eſt ſubſidium alicuius peculii. ag.ff.de
leg.3.ſi chorus.§.1.ſed præmiũ & merces ibi danda ſunt,
vbi labor & diſpendiũ imminet.ı̃.de præb.cum ſm. C.de
fur.l.manifeſtiſſimi.§.ſed cnm.de ca.tol.l.vna.§.proxi.er-
go nõ Bon.ſed Florẽtino debetur, cui labor & diſpendiũ
officii in ſuo diſtrictu ſibi crediti imminebat, arg. C.de
ſpor.l.1.& ſic ibi cõpetit apprehenſio, ne doleat diligen-
tiã adhibuiſſe. C.de allu.l.5.ff.de iuris & fac.ignorantia.
l.regula.§.1.& ne promiſcuis actibus turbentur officia.
C.de teſta.conſulta.itẽ occupatio bonorũ eſt acceſſorium
ad ſnĩam dãnationis, quæ cũ principe & neceſſario habet
5 procedere, vt hic, cũ ergo † acceſſoria a diiudicentur ſm
6 principalia.ı̃.de reg.iur.acceſſorium.& ibi concordantię,
& ſnĩa ſuper crimine diiudicetur ex terminis iuriſdictio-
nis officii Florentini, vt in l.ſi quis terra.C.de bo.dã.ergo
ſm illos terminos diiudicatur bonorũ publicatio, vbicun
que ſint. facit ff.de fideiuſ.ſi vt proponitur.itẽ cũ ſit con-
fiſcatio, fiſcus dẽ ſuccedere dãnato, vnde pſonalib.actio
nib.depẽdentib.de bonis cõfiſcatis fiſcus agit & conueni
tur. C.ad leg.Iul.de vi pu.& pri.l.tutoris.de bo.dam.ſi vt
proponis.ff.ſo.ma.ſi marito.in pri.ſucceſſio aũt eſt vni-
uerſum ius illius, cui ſuccedi tur.ff.de acq.poſſ.cũ hære-
des.ſi cer.pe.eius qui in prouincia.de bo.poſ.l.1.& de re.
iu.hæreditas. cũ ergo Florentiæ fiat publicatio, vbi ſnĩa
fertur, eſt indubitatũ, ꝙ cõe Florentiæ in bonis ibi conſti-
tutis ſuccedat, ergo & vniuerſis. Itẽ cum iſtud ius cõfiſcã

di ſit incorporale.ff.de re.di.l.2.§.quædã.& act.incorpo-
taliũ.ſed certo loco facti vbicunq. vigorẽ extendũt.C.de
col.l.filiæ.ad finẽ. ergo dãnatio & publicatio facta Florẽ.
Bon.ſuũ vigorẽ extẽdit. per hoc ſit rñſum ad id, qđ dice-
batur, Bon.dãnatũ, fateor,& hoc facit pro, quia cui cõpe
tit bonorũ occupatio. i.apud ꝙ ſtilum proſcriptionis me-
ruit, vt in l.ſi quis intra.occupabit bona vbicunque ſin,
quod allegabatur de dubio, intelligitur de probabili, ſed
iſtud non eſt tale, vt probatũ eſt, alias ſequeretur, ꝙ cum
negatio faciat rẽ dubiã. C.de ac.poſ.nemo ambigit.q.ad
lib.procla.non li.l.3.& nihil adeo certum &c.in Auth.vt
defun.ſeu.in prin.ſp iudicatur pro reo.ſic prolixitatẽ qõ-
nis illius hic totã cõprehendẽdo volui breuiare: fertur tñ
per officiũ inquiſitionis ſeruari cõtrariũ,& p Nic.quan-
tũ cõtrariũ diffiniitũ, ꝙ diffinitionẽ non vidi, nouiſſime &
adoptiuus meus diſputauit hãc qõnẽ,& quo ad partẽ, quę
debetur officialib. ſibi placuit pdicta ſolo, cum conſtẽ di
cat, iſtã deberi officialibus, qui negotia peregerunt, quo
ad alias duas partes tenuit cõtrariũ, cũ generali fiſco ſint
confiſcata a tpe cõmiſſi criminis, inducit legẽ 3.C.de bo-
nis vacantib ꝙ inducebat Ricardus, cũ illa lex velit, ꝙ de
putatus ad fiſcalia in aliqua prouincia, illius prouincię
bona capiat, quæ deferuntur fiſco, fortificat hoc equitas,
ne ſit iuriſdictionũ confuſio. & eo fortius.cũ loca, de qui-
bus qritur, inuicem eſſent valde remota[promulgata]ſnĩa
deinde facienda executio, vt not.in Auth.de inceſ.nup.
§.1.& facienda executio, vt no. in Auth.de inceſ.nup.§.1.
& facit ff.de re iud.a diuo Pio. & ſm hoc intelligatur 13.
q.5.ſi vos.& c.de Liguribus.in fin.2 4.q.1.qui contra. in
Arch.qui remittit.ı̃.de homi.pro humani.& pęnis.ſpi-
cis.Prima gl.ſummat.Gl.cũ parentes.primo exponit lite-
rã.ſecundo quærit, ponit opi.Io.& cõtrariũ ſoluit.¶ An-
tepe.glo.dicit terminatũ antiquũ dubium,& dicita quo
tpe.caſum prorogat, arguit ad qõnẽ,& remittit.In gl.an-
tepen.ibi poſt contractum.ſequitur, capitale crimen, do-
nationes factæ valent, niſi condemnatio ſecuta ſit.In glo.
1.ibi, triplici, vel quadruplici, vt tertiũ diuidatur in duo.
In gl.cum parentes.ibi no.Io.& hoc videtur placere Arc.
& ibi, nõ poteſt.quaſi ſub conditione contuleris, ſi rapto-
ri non nubat.& in fi.facit ff.de adop.l.ſi arrogator. In gl.
terminatum.ibi, commiſſi criminis. in tantum, ꝙ ven-
dicantur bona per officium, vel fiſcum de manib.prioris
in illo, dato precio per quotcunque manus trãſierint, niſi
precium, vel aliquid loco precii eſſet in bonis heretici,
ar.ff.ſol.ma.ſi cũ dotẽ.& l.ſeq.ff.de leg.1.l.imperator.&
l.ſeq.rõ primi dicti, quia fiſcus vel inquiſitores vendicãn
tẽ ſi vendicans non tenetur reſtituere preciũ. C.de fur.l.
in ciuile.non.n.habuit venditor ius vendendi.ff.de mino.
in cauſæ.§.vlt.ff.de cotrah.empt.l.ſi quis ſub hoc pacto.
& hoc, quia effectus damnationis retrotrahitur, ut ı̃ gl.ad
id.C.ad l.Iul.maie.l.quiſquis.§.emãcipatio. C.de apoſta.
l.apoſtatarum.1.reſpon.ff.de accu.eſ iudiciorũ.& ſi hæc
ſunt in crimine læſæ maieſt. ut gl.fortius in crimine hære
ſis.ſup.co.vergentis.ad idem 17.q.4.ſicut qui.& ibi poſt
contractum. ſi tamen alienatio facta eſſet per volentem
committere maleficium, quod poſtea commiſit. uide in
Spec.de dona.uer.item pone aliquis,& quod ibi dixi.

ADDITIO.

a ¶ Acceſſoria. Acceſſorium immediate ſequitur ſuum principale.&
non ſeparatur ab eo.l.fi.& ibi Bart.in 2 notabili.C.per quas perſo.
no.acqui.Item ſequitur naturam eius, cle.2.& ibi Card.de præben.
vbi eccleſia ſequitur naturam hoſpitalis, cui annectitur. Et licet ac-
ceſſorium ſit pretioſius principali, tamẽ trahitur ad ſuum principa-
le, licet ſit vilius.l.hæres meus §.fi.de leg.3.Item acceſſorium tenet,
licet principale nõ teneat.l.& ſi bis.C.de pd.mi.vbi licet venditio
rei pupilli facta per tutorem ſine decreto iudicis ſit nulla, tamen va
let pignoris conſtitutio pro ea, ſecundum Alex.conſil.53.in 4.parte.
Nota etiam, ꝙ acceſſorium reſcinditur reſciſſo principali, non ecõ-
tra.l.ſi cum exceptione.§.Labeo ait.& ibi Bart.ff.quod metus cau-
ſa.l.1.& ibi Bald.C.de cod.l.eos.in princ.& ibi Bal.C.de vſuris.l.ex
parte.§.fi.& ibi Bart.ff.fam.erciſc.Spec.de compe.iudi.adi.in princ.
verſic.ſed quid in dolo.

SVMMARIVM.

1 *Secretum quandoque dicitur, quod quinque ſciunt homines.*

2 *Proconſul pleniſſimam iuriſdictionem habet etiam ſuper magiſtratus,*

CAP. XVIII.

Statuta. Diuiſio in prima gloſ. (ꝙ Clementis) iſti multum ampliauerunt officium inquiſitionis, intantũ ꝙ quia tendebat ad noxã, habuit reſtringi per alium Clementem, in cle. eo. tit. c. 1. & 2. [negotio] idẽ in aliis quatuor caſib. qui habentur in cle. de iudic. diſpendioſam. [potentiam] quo hoc quinque prodeſt, quinque nocet, remittit Arch. de ap. conſtitutus. 2. (graue) nõ dicit, qualequale, quod ponderat Arch. alle. ſimile. 11. q. 3. graue. ſine Dei igitur offenſa reus ordine iudiciario priuari non poterit, niſi in caſu hic expreſſo. 28. di. de his. in fine (non publice) alle. Arc. 30. q. vlt. §. his ita. & j. de priui. epũtum. & ibi remittit [ſecreto] quia maior eſt pęna eius, qui dãnatur hoc crimine, ꝙ illius, qui damnatur in aliis criminib. ideo in hoc ſpeciale quaſi maius periculũ ꝑp id immineat teſtibus, Io. mo. vel ſecundũ eũ, quia in aliis criminibus regulariter non compelluntur, ſed hic compelluntur fauore fidei, de quo remittit, de teſti. cog. dilectorum (procedit eps) qui dẽt ſuis ſumptibus procedere, nec exigere debet partem partis deputatæ officio inquiſitionis, vt in extra. Bon. ex eo, quod. §. pe. (de ipſorũ] hic ponitur præpoſitio de. ſic s. eo. vt cõmiſſi. ver. priuandi (conſilio) ad hoc. 1. q. 1. eſtote, 64. di. c. 1. (ſniam) ſic & in crimine hæreſis ferenda eſt ſententia, & ſic s. eo. inquiſitionis. ver. vbi per viros. ſed ar. contra. j. de homic. c. vno. in fi. Arc. (ſecretum) dr̃ quinque

1 † ſecretum [a] qd̃ quin

a que homines ſciunt, de pę. diſt. 1. §. econtra. ver. filiam. ſed non ſic ſumitur hic, vt patet j. eo. c. ibi, alii patefecerit. & ſic ſumitur. 3. q. 7. ſacerdos. in fi. & de pę. diſt. 6. ſacerdos. & ſup. eo. lib. de elect. vbi periculũ. verſ. nulli. ſm Archid. [hac de cauſa] rõ redditur in ſimili, ff. de ꝓcu. l. qui duos. Item quia par in parem &c. de elect. innotuit, ſcum cõcor. ſm Io. mo. (ceſſant] hic no. Io. mo. gloſſ. quę habetur ff. de don. l. 2. §. ſi ꝙ in dubio præſumitur cauſa impulſiua (verã eſſe) quando factum eſt indifferens ad impreſſionẽ iſtius cauſæ, vel illius. Secus nõ eſt limitatũ ad vnum extremũ, vt hic, quia hic ceſſante cauſa, quæ fuit cauſa iuris immutandi, ceſſat ius ſpeciale. Et redit ur ad ius cõe, vide quod dixi de renun. poſt tranſlationem. ſuper gl. ar. eſt hic [honorantes] dicit Arch. Hugonem ſcripſiſſe 4. diſt. denique q. tribus de cauſis quis relinquitur ſuo iudicio, vel ſuæ cõſcientiæ. ſ. qñ nõ dẽ prohiberi, quia illud, de quo agitur, facere & omittere poteſt ſine peccato. 33. q. 4. vir cum propria. vel quia timetur ſcandalum, quia multitudo eſt in cauſa, vt præ. c. denique. 1. q. 7. quot. 2 1. q. 4. non poteſt. & cap. ipſa pietas. vel quia iudicium deficit, & hoc dupliciter, vel propter perſonam, quæ non poteſt iudicari. 17. di. §. hinc etiam. 21. diſt. nunc autem. vel ꝑp crimen, quod occultum eſt. 32. diſt. habuiſſe, in fine. 35. qõ. 6. ſi duo. 2. q. 5. conſuluiſti. ¶ Prima gl. diuidit & ſummat. ¶ Quarta gl. primo ponit diſtinctionem modernorum hodie terminatam per cle. ſecundo querit, arguit pro & cõtra, & ſoluit. ¶ In quarta glo. ibi ſimilique n. õ. 2. loquitur de dño, qui interuenientibus actis quaſi in figura iudicii ſeruum nominat filiũ. & ibi, ſi qñ. vide in præ. decr. eccleſia. ſup gl. C. & j. §. tẽpeſtiuũ. prætor prætorẽ, vel cõſul conſulẽ non cogit hæreditatem adire, nec ipſe prætor inſtitutus cogit ſeipſum, ſed his ſimilibus caſibus aditur princeps. & ibi,

2 ſi in aliam. in fi. ibi dicitur, ꝙ † proconſul [b] pleniſſimã iu-

b riſdictionem habet etiam ſuper magiſtratus. & l. ſeq. dicit, ꝙ maius imperium habet in prouincia poſt principẽ. & ibi. §. de plano. uide ſup. e. li. de re iudi. c. ſi. ſuper. 5. glo. & ibi, vbi decretum, non expediuntur de plano, quæ libellũ, vel decretũ requirunt. In gl. cõmode. ibi. nepos. vide s. de ver. ſi. intelligẽtia. ſup. 4. gl. In gl. prima ibi, & fictiones. Io. mo. qui facit quatuor partes, de hac parte facit tertiã ¶ In gl. diſtinxerunt. ibi ver. quid igitur ſi. Arch. hoc tractat. ſup. de ele. indemnitatibus. §. ſi uero. & Io. mo. hic, ꝙ omnia decido propter clementiam. & ibi, dubitari ſolet. de hoc in Spe. tit. 3. §. ſupereſt. in fi. primæ colu. & ibi, ſi quando. & in cle. de ele. Romani. in prin. ¶ Glo. vbi ergo in fi. idem hic Arch.

ADDITIONES.

a ¶ Secretum. Vide in Spe. de noto. crimi. §. 7. Cardi. in cle. 1. §. porro. de hæreti. & in cle. 2. eo. tit. Item ſecretum dicitur id, quod dominus non vult ſciri a ſeruo. l. eius qui. in fi. ſi cer. pe. Bal. in c. 1. qui. mo. feud. amit. Alex. in l. Lucius. ff. de fideicom.

b ¶ Proconſul. Nam proconſul poteſt committere cognitionem meri imperii, ſed non ſententiam. in Spec. de leg. §. excipi poteſt.

¶ De ſciſmaticis, Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales ſunt patricij ſcripti in diademate principis,*

CAP. PRIMVM.

Ad ſuccidendos. Diuiſio in prima gl. & circa decr. iſtam parũ inſtabo, qa hodie non legitur, nã hæc decr. in parte reuocata fuit per extrauag. Benedicti, quæ incipit. dudum bonæ memo. vbi reſtituit iſtos ad omnes pęnas hic inſertas, & non inſertas, præterquam a depoſitione cardinalatus, beneficiorum eccleſiarũ & inhabilitate ad papatũ, & ad bona confiſcata, quæ aliis erant conceſſa, licet poſt eum Clemens V. clementer illos ad cardinalatũ reſtituit, & ambo in cardinalatu mortui ſunt, & poſt Clementem. D. Ioan. XXII. papa. iuxta interpretationem nominis gratioſus, ad cardinalatũ gratioſe promouit reuerendum in Chriſto patrem, quem dignitatis altitudine commendare non expedit dominum Io. natum ex milite, in quo virtutum viget aceruus, D. Stephano illius D. Io. filio, quia eum poſterius fuerat hic dãnatus, ac demum ipſius dñi Cardinalis fratrem D. Iacob. qui hic licenciatus in legibus vno anno in eius extraordinariam ſedem rexit, eccleſiæ Lomberienſi præfecit epiſcopum. (ſignum) verba fuerunt Hiero. contra Eluidiũ. vide in Hieronymiano. B. [cardinalis] tenet hic Io. mo. cardinales non incluſos niſi fuiſſent expreſſi, & dicit ſic declaratum circa reuocatoriam Bonifa. de qua ſup. eo. li. de conceſ. præ. c. vlt. ſ. ꝙ non includeret duos cardinales, qui ante promotionem habuerunt in quibuſdam eccleſiis canonicatus ſub expectatione, nec ob. epiſcopos includi, vt hic in gl. quia maior eſt ratio in cardi. quia quanto ſunt viciniores papæ, tanto minus prę ſumitur pœna per ipſum

1 inferri. Cardinales † autẽ vere ſunt patricii ſcripti in diademate principis, Iuſt. qui. mo. ius pa. po. ſol. §. filiusfam.

a & ſunt pars [a] corporis ipſius. 6. q. 1. ſi quis. C. ad l. Iul. ma. quiſquis. Et ſunt ſpecialiter fratres principis, & plus aliis priuilegiatis. ſup. eodem lib. de offi. leg. 2. officii. alleg. Et, quod no. de poteſtate Cardinalis legati circa exemptos, de off. leg. quod tranſlationẽ. facit, quod dicam j. de ſen. excõ. quia periculoſum. in gl. 2. (collegium) an cardinales faciant collegium, not. Hoſt. de iudæ. ad liberandam. vbi ſcripſi in 2. col. in gl. no. contra. Prima gl. diuidit & ſummat. Gl. quanto. primo exaggerat, ſecundo tractat quo numero damnetur cardinalis, & an ille numerus fuerit hic ſeruatus. Gloſ. labores, adiuuat textum. ſoluit dubium & remittit. Gl contra hos. reſpon. per ob. quam ſoluit dupliciratione. Gl. no. arguit. pro & contra & remittit, demum id proſequitur per modum quæſtionis. ponens opi. & rationes Hoſt. demum ſoluit & obiectioni reſpondens, in fi. alle. ius nouiſſimum. Glo. quia iſtius. ſol. quæſtionem. In gl. ſimile. C. ibi, l. vna. vide de cle. ma. c. 1. in gloſſ. 1. In gloſſ. no. Arc. ibi generali. li. 10. decurionem etiam exiſtẽtẽ per manus iniectionẽ licet ad præſidem ducere, vbi in

capiende

capiēdo, præsidiis deest copia, & ibi, si debitorē, licet vni creditori debitorem suum & alium fugientem & pecuniam exportantem capere, & q suum est auferte. hoc valet si in possessione bonorum illius missio facta non erat, & ibi §. vbi decretum, vide hunc & se. ī, tit. i. c. vlt. glos. 4. ¶ In gl. no. casum ibi, cognitio, & facit ad no. in clem, de hæret, multorum. ad fi. in gl. hoc patet. ¶ In gl. no. argumentum ibi, summi. & sic summat Archid. qui aliud hic non not. & ibi. §. idem quoque. vide quod ibi no. in 1. gl.

ADDITIO.

a ¶ Pars corporis. Cardinales dicūtur pars corporis papæ, ar. 6. q. 1. §. verum. secundum Lau. & Card. in cle 2. in principio. de cel. miss.

De homicidio. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Pastor continuare tenetur solicitudinem circa ouēs.*
2 *Deus opus imperfectionis non nouit.*
3 *Regum propriæ est facere iustitiam.*
4 *Iudicandi potestatem habens magnā pœnam infligere potest, vbi dicitur, intelligitur de ordinaria potestate.*
5 *Collatores non debent priuari iure suo sine causa.*
6 *Ciuilis ratio naturalia iura perimere non potest.*
7 *Bellorum septem sunt genera.*
8 *Diffidatus non est impugnandus, nisi prius hoc iusta sententia decernitur.*
9 *Confiscatio bonorum venit tacite, quando quis est damnatus de capitali crimine.*
10 *Potestas omnis a Deo est.*
11 *Cogitanti paretur qui potuit perficere & noluit.*
12 *Pœnitentes & reuertentes ad cor suscipit Deus.*

CAP. PRIMVM.

Pro humani. Diuisio in 1. gl. & est præmittēdum, q hanc decr. non glossauerunt, q cōstat, Inno. Ber. Pet. & Abb. qui tamen Innocencianas alias glossauerunt. Franc. autem & Boat. scripserunt, sed nihil vtile. Host. autem satis prolixe prosecutus est istam. & vt dicit Host. Hoc exordium ponit, quare Dei filius fuerit incarnatus, quomodo, & quare B. Petrū reliquit ouium suarū pastorem, & quō summus Pontifex successor est Petri, & Dei locū tenet in terris, per quod solita cura dn̄ici gregis ad eum pertinet (redemptione) 11. q. 2. cū redemptor. 7. q. 1. suggestū. Arc. [descendens] dicit Host. in hoc dedit nobis humilitatis exēplum, vnde B. Ber. exinaniuit se filius Dei, qn̄ se ad infima inclinauit, cum Deus hominem, verbū carnem, figuli lutum, vita morticiniū induit, cum de alto infimus, de domino seruus, de celesti terrenus, de diuite paup. de immortali mortalis, de Dei filio filius hominis fieri non despexit, cū fęno iacere pertulit, paruoque lacte pastus est, per quem nec ales esurit, hoc fuit opus sine facti exēplo, donum sine pręmio, gracia sine merito, humilitas sine modo (tpalem) i. corporalem. 23. dis. qui eps. quia s̄m deitatem mori non poterat. s̄. de sum. tri. c. 1. s̄m Host [gregē] 8. q. 1. in scripturis. Ideo aūt Christus mortuus est, & resurrexit, vt viuorum & mortuorum dominetur. siue ergo viuimus, siue morimur, dn̄i sumus. i. ei viuere & mori debemus. 21. quæst. 1. §. 1. vn. de viuos & mortuos iudicabit. q filij sint. le. p venerabilē. ver. sunt aūt. 11. di. in nouo. sc̄dm Ho. [successores] 8. q. 1. c. 1. de transla. c. 2. & 3. (iugis). no.
1 q † pastor continuare tenetur solicitudinē circa oues. de gra, & qua. intelleximus. in fi s̄n Host. vt de prælato nō sufficit ouibus annunciare consilium. s. quid eos facere & euitare oporteat, nisi & puniat non parentes. 23. q. 4. & q dā, & ibi, de hoc in gl. non ergo noxia. vide, quod no. de regula. consulti. in gl. 2. somno enim. Host. cōtra scolares pigritantes & prælatos negligentes, de primis reperit, quod post eum scripsi ī. de off. primi. c. vno. in vlt. gl. subdens, q tales melius facerēt, si se & suos inanibus sumptibus non vexarent. ff. de inoffi. te. l. 1. de secūdis dicit, q discrete agerēt, si a tāto onere procurarent absolui, nec se tantis periculis obligarent, quia subiectorum sanguinis &c. de offi. ord. irrefragabili, nec est pastoralis excusatio &c. sup. de reg. iu. c. pe. Dicit tn̄ q si non sileat, nec indiscrete pareat, dicit cū Apostolo, mūdę manus meę &c. 43. dist. ephesiis (oculis) qui sūt intellectus, & affectus, de quibus in psal. 120. leuaui oculos meos ad mōtes. & alibi psal. 12. illumina oculos meos, ne vnq̄ ob. &c. ioā. mo. (lucri facere) sū ptū. de. 1. ad corin. 9. vltra mediū (cooperante.) vide, qd̄ no. in cle. de mag. inter. in 5. gl. dicit Host. ideo dictū, quia non cooperabitur tibi nō operanti, iuxta illud. Dat Deus oē bonū, sed non per cornua tm̄. Dicit aūt ī. q est gratia præueniēs. de qua ī. cooperās, de qua hic, perficiens, quę
2 sequitur ex p̄dictis, qa Deus † opus imperfectionis nō nouit, de bap. maiores, versi. sed adhuc gratia, quæ non nisi gratis confertur. 1. q. 1. gratia & q 3 saluator. Hosti (astatisnos) qui dici possunt a scindo scindis. scindūt. n. animam a corpore s̄m Arch. [præuenerit] ad huius intellectum remittit Arch. de pę. di. 3. si ex bono. ver. non ergo (spiritualibus) i. virtutibus. Host. hæc omnis potestas tribuatur a d'ño. ergo non per pecuniam acquirendam, per quod no. Host. q dans pecun 4, & videtur intelligere pro papatu, vel imperio, icidit i legē Iul. de ambitu. ff. ad l. Iul. de ambi. l. 1. primo resp. Nec obst. quod dicit, q lex ipsa non habet locum in ciuitate Romana, quia illud intelligitur quo ad principē iam canonice electū, quia super oēs est. sup. de elec. licet. & vt legibus solutus, q placet disponere potest. ff. de legi. princeps. 8 q. 3. cuncta per mundum. & c. per principalem. de quo dic, vt plene no. sup. de cōces. præ. proposuit. dicit autem, q nec excusat, nec accusat aliquos quo ad spiritualem iurisdictionē, quo ad tēporalē dicūt doctores, q publica oblatio facta ab eo, qui prodesse appetit, non præesse, admittitur, sed clandestina reprobatur. ff. de polli. l. 1. & 2. ff. de admi. tu. nō existimo. 8. q. 1. qui sparum. Host. (ad iustitiam) no. s̄m Host. quod sit officiū pōtatis, & qualiter a Deo sit ordinata, † vnde Re-
3 gū est proprie facere iustitiā &c. 23. q̄ō. 5. regum. ad idem e. q. principes. & c. administratores. Arc. all capitula. vnū solū prodest miles, cum homo, incestuosi. rex debet, sunt quædā. & c. si homicidium. nā vt dicit, summū est bonum iustitiam colere. 12. q. 2. cum deuotissimam. ad idē. 23. q. 6. c. 1. & dicit Host. q iniustitia aufert nomen boni & religiosi principis, vnde si caret noie, carebit & re. C. de ser. a nullo. de verb. sig. nā & ego. igitur non permittat ad arma venire, quos pōt iurisdictione sua cōpescere. ff. de vsu fruc. l. æquissimū. & iudicialis vigor, ideo &c. C. de iude. nullus. Subdit, q si aliquis in iustitia reddenda negligens est, nec alt haberi possit, erit finaliter impediendus. 23. q. 2. dn̄s. de hoc ult. dicā ī. de iniur. c. 1. (ecclesiasticæ animaduersionis.] dicit Host. hoc intelligendum de illa multiplici, q̄ ponit finis capituli. signat contrariū decr. quærenti de ver. sig. tn̄der, quod ibi loquitur de censura. subdens, q licet appellatione censuræ non contineantur nisi tria, de quibus ibi, quando scribitur delegato, vel quo ad ipsius iurisdictionē, qui plus nō ponatur in litera, sicut sup. de accus. cū dilect. unde non poterit beneficiis priuare, deponere, nouam mulctā indicere, nec alias pœnas infligere, de quibus sequitur, licet possit subdelegare, & in expensis condemnare, de off. dele. significasti. & c. in literis. de dolo & contu. c. 1. de eo qui mit. c. 2. Ordinarius tamē ecclesiasticus hæc oīa poterit, nisi prohibeat. sup. de cle. non resi ex tuæ. unde eps tribunali præest, ergo mulctare potest. ff. de iud. l. 2. § si. non ob. l. 2. in prin. ff. de iurisdict.
4 om. iud. nam quod ibi dicitur, q † magnā pęnam infligere potest, qui habet potestatem iudicādi, intelligitur de ordinaria potestate. ff. de verb. sig. aliud est fraus. §. 1. & l. si qua. Potest ergo ordinarius punire i pecunia. sup. de deli. pu. c. 2.

pur.c.2.de offi.or dilectus.& cum hoc condigna(animad-
uersio).i.pęna,de pœnis.dictus.dũ nõ caueat,ꝙ ꝓpquęstũ
pecuniæ non sustineat subditos in delictis.de pęnis.licet.
de offi.ord.irretragabili, ad finē.si ergo credat melius p
tēporalē q̃ p spiritualē pęnā subditũ corrigi, secure illā in
fligat,vt hic,vt lice nõ cõte.quē.in fi. & quia plectendo &
ignoscẽdo &c.2 2.q.5.prodest.facit ĵ.de sen.ex.venerabi
libus.§.denique.vel si ille tēporaliter sibi nõ subest,ad illā
infligēdā adire.dñm tēporalē.ĩ.de male.ca.2.de iudi.po-
stulasti.& c.cũ sit.de vsuris.q̃to.de offi.ordi.ca.1.23.q.5.
administratores.cõsuluit Ho.ꝙ ad euitādā suspicionē aua
ritiæ tales pęnas faciat cõuerti in pias cās,de iude.cũ sit.ĩ
fi.de vi.& ho.cle.[cũ ab o l mucrone]excõicatio dr̃ mu-
cro episcopalis.16.q.2.c.1.ad fi.supplet Hos.de officio po
testatis, & iurisdictione ecclesiastica nobis cõmisso, nedũ
in spiritualibus, sed in tēporalibus,remittit ad decre.per
venerabilē.§.rõnibus.qui fi.sint le.dicebat Arc ĵ.de sen.
ex.dilecto.in ecclesia Dei duplicē mucronem spiritualem
& temporalem.15.q.6.auctoritatem. ad fin. Diuidit autē
spiritualem,quia vnus eradicans per degradationem, de
pur.ca.inter.in fi.& hic.iste autem ad punitionem vibra
tur,nec de facili dispensatur,de cle.nõ resi.ex tuæ. & hũc
vibrat episcopus,de elect.transmissam.alter dicitur disci
plinans.2.q.1.multi.ĩ.de sen.ex.c.1.qui licet adeo diuidat
per peccatum,facile fit reconciliatio. Vibratur enim ad
correctionem tantum,vt præ.c.multi.& hunc vibrant in
feriores epis.de sen.exc. Romana.in prin.[metus pœnæ)
de vi.& ho.cle.cle.1.C.ad l.Iul.repetun.l.1.[meta]i.finis,
limes,vel terminus, & dicitur a metior metiris. dat ver.
Dũ tua iura metis, vicinis parcito metis.i.terminis. [ma-
gnates)christiani,cum de his,qui sũt foris nil ad nos,de
diuor.gaudemus.Host.[coacti]causatiue.sup.de elec.cũ
inter R.[opprobrio]s.quia ille saracenus,cum autē Chri
stiani siut filij liberæ,opprobriosum est, ꝙ reuereantur fi-
lios ancillæ.ĩ.de iudeis.& si iudeos. & c.cum sit. & c.ex
speciali[cõcilij)Lug.vt in superscriptione,in quo fuit de-
positus Federicus. Host. quicunque ēt si sit maximi gra-
dus includitur.& dicit Host.se audiuisse ab auctore talem
fuisse intentionem ipsius,nec eum restringendum, ꝙ re
spicit fauorē animarũ & reipublicæ[princeps]vide quod
no.in cle.de bap.pñi.super ver.regũ[secularis) duo sunt
ergo genera hominum,& vnius expressio non includit a-
liud,omnes ergo includere voluit,& includuntur layci re
ligiosi cuicunque professioni applicentur,de sen.exc.non
dubium.Host.(Christianorum)nam non dicit hoiem.vn
de per hoc iam defendi quendam prælatum, cõtra quem
fuerat probatum, ꝙ fecerat occidi homines per assassi-
nos. debent ergo aduocati esse cauti in formandis articu
lis, & seruare verba.facit quod dicā inf.c.proxi. & quod
no.ĩ.c.li.de sta.re.c.vno.§.sane.in 1.gl.& ĵ.ti.c.c.2.i prin.
[prædones assassinos]alios homicidas nõ includit hæc pę
na, sed aliæ ciuiles & canonicæ, de quibus remittit Ho-
sti.ad sum.de homi.§.quæ pęna(receptauerit) patenter, vt
differat a sequenti,s̃m Host.(occultauerit)5.igitur casus
vides hic,quibus locum habet pęna, & dicit Host.ꝙ pri-
mus plus deliquit, reliqui s̃m ordinem, quilibet minus
altero,sic sup.e.ti.sicut dignũ.(excommunicationis] hæc
est prima pęna,secunda est depositio a dignitate & hono
re.& hæ duæ respiciunt clericos & laycos. facit 11.quæ-
stio.1.nullus. tertia ab ordine. quæ respicit clericos tan-
tum. quarta ab officio, quæ s̃m eum respicit ecclesiasti-
cas & seculares personas, quinta a beneficio.& hoc respi
cit etiam laycos beneficiatos ab ecclesiis pietatis intuitu,
vel alio modo,vt no.de insti.c.2.de pęnis.[in quibusdã)
totum tamen quod venit in depositione ponimus pro se
cunda pęna [ipso facto] de aliis 18. casibus excõicatio-
nis, qui a iure infliguntur ipso facto, remittit Hosti.ad
sum.de sen.ex.§.quis possit excõicare. in prin. vide casus
ĩnf.de sen.exc.eos qui. cle.eo.ti.c.1.[collatio) non.n.si-
ne culpa priuari debent collatores iure suo, de cõstit.c.2.

s̃m Host.(cõferantur)sic etiam hĩ ad quos spectat succes-
sio in tpalibus. occupent illa,de voto.lice. de hæreti.ex-
cõicamus.§.si vero.in Auth.de man.prin.§. oporter. col.
tertia[bonis mũdanis]tertia pęna expositionis. Dicit Ho
sti.iurisdi. quanta est potestas ecclesię ēt in mundanum,
exponit enim bona temporalia notorie delinquentium
& inobedientium,vt hic,& inferioribus iuribus, & circa
hoc vide quod post eum scripsi de hæret. excõicamus.§.
si vero.super vers.exponit,vbi no. ꝙ ēt episcopus Bo. ex-
cõicati rebellis & per annum expectati põt exponere. Itē
reddit tales ineligibiles,intestabiles,& inhabiles ad quę
libet officia publica,de hæret.excõicamus.§. credentes.
& de sen.ex.nouerit.honore & successione priuat, vt hic,
& sup.de voto.licet(incarcerat)de hæreti.excõicamus. 2.
in fi.(verberat]circa vindictā sanguinis,de rap. in archie
piscopatu.infligit characterē sine periculo corporali, de
crimi.fal.ad audientiam.seruitutem infligit,de iudeis.ita
quorundam.mulctat,vt dixi super ver.ecclesiasticæ ani-
maduersionis.bona omnia confiscat.de iudeis.ita quorũ
dā.& c.ad liberandam.& hic exilium infligit.de iudi.cũ
nõ ab homine.50.d.accedens.ad harũ pœnarũ executio-
nē ad brachiũ seculare recurrit, de cle.ex.mi.c.2.17.dist.
nec licuit.23.q.5.de Liguribus.86.di.cum ad verum.de
offi.or.c.1.& in Lombar. vt episcopi & comites adinui-
cem sibi auxiliũ dent,in rubro & nigro,neque oportet ti
mere,ꝙ rebelles absque sanguinis effusione coarctari nõ
valeant.sup.e.ti.postulasti.Sed adhuc contra omnes hos
potest ecclesia censurā ecclesiasticā exercere, vt dixi sup.
in gl.prædicta.ex quibus patet ecclesiam iurisdictionem
hr̃e non solum quo ad spiritualia,sed etiā quo ad tpalia,
vnde ex causa generalem confiõnem facit contra tales,
vt patet ex prædictis iuribus.nec mirum, quia etiam me
tropolitanus cum suis comprouincialibus episcopis po-
test cõtra tales procedere & secundũ canones, de hæret.
excõicamus. §.si vero.& secũdum leges,in Auth.de mã.
prin.§.si vero canonicum,colla.3.de sanc.epi.§.omnis au
tē ecclesiasticus status. Dicit tamen,semper ęquum fore
primo per ecclesiā recurri ad tēporalem dñm,quādo agi-
tur de correctione seculariũ,qui si nõ obediāt, vtrosque
disting.de iude.ita quorundā.& c.si iudeos.& c.postula-
sti,& c.in nõnullis. & c.cũ sit.& c.ad liberādũ.de vsuris.
post miserabilē.& c.q̃m.(tanq̃) veritatē no.sicut illud Io.
1.quasi vnigeniti.Hosti.(æmulus)quasi inuidus & inimi-
cus,vide qđ no.43.di.scimus.(perpetuo)p qđ dicit Host.
treugas canonicas isti nõ esse seruādas, de quibus sup.de
tre.& pa.c.1.& 2.quasi ineuitabilis importunitas vrgeat
cõtra hos,q animarũ & sanctæ religionis detrimēta pro-
curāt.23.q.vl.si nulla,cũ 6.capitulis p̃cedētibus(diffida-
tus)hoc dicit, quia chr̃ianus christianũ offendere nõ de-
bet,nisi prius ipsũ diffidauerit, vel iudicis,vel iuris aucto
ritatē habuerit,alias est proditio. uñ lex dicit,ꝙ cũ natu-
ra inter nos ius cognationis constituit, hominem homi-
ni insidiari nephas est.ff.de ui & ui ar.l.vt uim. Dicit au-
tem Ho.quod quidam principes hoc ipso, ꝙ aliquos dif
fidarunt,credunt eos postmodum posse sine calũnia im-
pugnare,sed certum est, ꝙ diffidatio sua non tollit præ-
dictũ ius cognationis, qđ firmatum est præcepto dñi di-
centis.Matth.22.ad finē, diliges proximum tuum & c.&
sic per pactum renunciari non potest.ff.de pac. ius agna
6 tionis.C.de pa.pote.abdicatio.† nec ciuilis ratio natura
lia iura perimere potest.5.di.§.1.ff.de ca.dimi.l.eas.non
ualet etiam consuetudo contraria, uel iuramentum, de
cõsue.i c.fi.sup.e.lib.de iureiur.c.1.tales igitur latrunculi
sunt, & tenentur ad restitutionem oĩum ablatorum.ff. de
cap.& postlimi.reuer.hostes.nec peccatũ remittitur.&c.
inf.de reg.iur.peccatum.non excusat ergo illos diffida-
tio,nisi prius per iudicis sententiam decernatur,ut ĵ. Di
7 cit † autem Host.7.esse bella,primum Romanum, s̃cđm
judiciale. tertium præsumptuosum. quartum licitum,
quintum temerarium, sextum uoluntarium, septimum
necessa-

necessariũ. Primũ iustũ, & fit per fideles contra infideles, & dr̃ à Roma, quæ est caput mundi, de hoc de hære. excõicamus. Secundum ẽt iustum, si fiat auctoritate boni iudicis habentis merum imperium, non dicentis sibi ius & debitũ ordinem seruantis, & singula prædicta exponuntur in sum. vbi statim remittã. Tertiũ faciunt subditi contumaces & inobdientes iudicibus, & istud sicut est iustũ ex parte eius, qui iudici paret, ita præsumptuosum ex parte resistentis, de pęn. di. 6. §. 1. ad fi. de ma. & obe. siquis. ff. de rei ven. qui restituere. Quartum dr̃ licitum, qñ fit auctoritate iuris, vt hic, & C. qñ licet vni. l. 1. & 2. & in casib. propulsatæ iniu. a se, vel a socio. j. de sen. excõ. dilecto. Quintum, qñ deficit auctoritas iuris & iudicis, quod est temerariũ in aggrediente, iustum in defendẽte, vt proxi. dixi. Sextũ voluntarium, quod ineũt principes iniuste ma. post diffidationẽ, vt sup. in prin. huius gl. Septimum, necessariũ proprie in defẽdente, & licitũ est, de his in sum. tractauit, de treu. & pa. §. quid sit iustũ, ppq̃d breuius hic transiui. Io. aũt. 23. q. 2. in summa posuit 5. modos, quib. dr̃ bellũ iniustũ, ibi vide (cõstiterit) iudici, cui faciẽda est fides. sup. de rescr. c. 2. & inter cæteras. & sup. e. li. e. tit. statutum. §. 1. in fi. dicit Host. nõ requiri sñiam, sed sufficere, si iudex dicet, hoc esse probatum, & dicit, q̄ forsan pp periculũ valebunt testes recepti lite nõ contest. & parte absente & non citata, & pro tanto non dixit testibus, sed dixit pbabilibus argumentis, & vr̃ hoc sumi ff. de re mil. nõ omnes. §. a barbaris. debet tñ iudex attendere qualitatẽ personæ inamatę, & alias circũstantias. ff. ad l. Iul. ma. famosi. sup. de transact. c. fi. [diffidationis] supple vel bonorũ expositionis. sm̃ Host. vel sm̃ eũ, ex quo persona est diffidata, eo ipso bona & res diffidata dñr, quasi viliores & accessoriæ ad personã. 12. q. 1. præcipimus. de do. inter vi. & vxo. per vestras. C. de sa. san. ecc. sancimus, quod no. sup. de cle. ex. q̄ a te. & dicam in gl. sequẽ. & sm̃ hoc triplex tantum erit pœna excõicationis, depositionis, & diffidationis [sententias] quo ad pęnas, vt statim dicã [requirat] quia sufficit huius concilij sententia. ff. de condi. instit. qui sub conditione. §. fi. 28. di. de his ante finẽ, sm̃ Host. qui dicit quod sicut aliquis non est vitãdus tanquam excõicatus, vel pro deposito habendus, nisi constet de sententia iuris, vel iu-
8 dicis, sic † nec tanquam diffidatus impugnandus, nisi prius hoc iusta sententia decernatur, & sic erant milites & principes seculares, vt sup. disi super ver. diffidatus. id quod dicit, non vitari excõicatum temperandum est per id, quod habetur, de sen. excom. cum desideres. §. sedẽ. ibi. sola fama operatur euitationem ipsius ad id; quod dicit, non requiri sententiam. Arch. designat contrariũ. sup. eo. li. de hæret. vt inquisitionis. post prin. vbi quis de hæresi dãnatur, & post cõdemnationem, quasi di. non prius a iudice seculari recipitur. Rñdet, hoc sic intelligendũ, q̄ nõ est necesse de pęnis prædictis exprimi in sentẽtia. sed hoc ipso, q̄ pronunciatum fuerit illum fautorem assassinorũ, pęnę suum sortientur effectum, quãuis in sententia specifi-
9 catæ non fuerint, sicut hoc ipso, q̄ † de capitali crimine quis est damnatus, tacite venit confiscatio bonorum. C. si pen. app. mors inter. l. si is qui. C. si reus vel ac. mor. l. vlt. & sufficit iudicẽ pronunciasse accusatorem calumniatũ, & si de pœna nihil dixerit. 2. q. 3. §. notandum. s. facti quidem quæstio &c. vt ibi, eodẽ modo intelligi debent omnia iura canonica & ciuilia, quæ dicunt, ipso iure, vel ipso facto aliquem puniri confiscatione bonorum, vel quscũque alia pœna, vt s. sufficiat illum pronunciare & declarare illius criminis esse culpabilem, & locus erit pęnis iuris, ẽt si in sententia non exprimatur, vt hic. sup. eo. lib. de hæret. cum secũdũ. cũ leg. quas ibi textus inducit. & C. ad l. Iul. ma. l. vl. C. de ac. & ob. auth. imo. C. loca. l. vlt. C. de hęreti. quicũque. §. q̄ si fecerint. C. de aposta. l. 1. C. vnde vi. si quis in tantam. ff. ad sil. l. tutores. §. non ar. ff. de iure fisc. l. eius qui. ff. de rescin. ven. l. fundus. In Auth. vt liti. iurent. §. illo. §. fi. coll. 8. remittit etiã Arch. id, quod no. j. de pœnis. fœlicis. ¶ Prima gl. diuidit. ¶ Quarta gl. no. tria. ¶ Gl. si mandauerit, respon. per ob. & sol. ¶ Penult. glos. respon. per quæstionem, & soluit. In gl. no. contra ibi. posteros. nõ sunt ergo claues ecclesiæ contemnendæ. sup. de pęnis, c. fi. In gl. vero. in fi. sup. de voto, magnæ. §. 1. de sacra vnc. c. vno. §. ad exhibendum. 11. q. 3. præcipue. In gl. potestates. ibi. Pilato. Io. 19. & vt dicit Arch. illud intelligendum est negatiue, quia nullam potestatem habebat super eũ, quasi d. super me nullam potestatem habes, & si quã habes,
10 illam a Deo. inducit etiam illud ad Rom. 13. omnis † potestas a domino Deo est. 25. quæst. 1. §. sic etiam. siue iubente, siue sinente. 13. quæst. 1. quid culpatur. iuxta fin. quæstio. quatię. quæsitum. In gloss. pro maxime. nam sequens causa impulsiua est, nam finalis est periculũ animarum & correctio peccatorum, sm̃ Host. all. de pę. & re. cum infirmitas. In gl. probabiliter. in fin. est baro quidam saracenus, & pnt dr̃, illi sui serui sunt ita nutriti, q̄ parendo mandato domini sui credunt saluari, & dicit Host. q̄ multi Christiani principes per tales mortui sunt. & dicit Arc. per hãc particulã probari, decretalem non loqui de his, qui non sunt sub alicuius dominio, sed pro pecunia homines occidunt, qui vulgariter assassini dicuntur. facit pro eo litera per prædictos, quæ sequitur. In gl. si mãdauerit, ibi, ex solo mandato, quia hoc ipsum mandare est delictũ cõsumatum, super quo vide quod dixi de illo, qui cogitauit, & aliquid egit, sed nõ perfecit, ad finem qõnis, q̄ posui j. de reg. iu. in pęnis. Arc. remittit ad id, quod plene scripsit. 17. q. 1. §. si ergo. dicit hic Host. & Io. mo. post eũ,
11 q̄ † regulariter patitur cogitãti, qui potuit perficere & noluit, qa pęnituit. ff. ad l. cor. de fal. qui falsam. de iniur. item apud Labeonem. §. si curauit. vt sic voluntas & ppositum distinguat maleficia. ff. de fur. qui iniur. primo respon. 1x. q. 1. q̄ pręde cessor. de sen. excom. cum voluntate. in prin. ideo dictũ regulariter, in casibus non prodest pęnitentia, sed punitur conscientia criminis. Primo in hæretico, de hæreticis, ad abolendam. & c. excõicamus. §. credentes. Secundo in crimine læsæ maie. l. quisquis. Tertio in consciscente sibi mortem, ff. de bonis eorum qui mor. sibi consciscerunt. l. 3. primo respon. Quarto in extrahente de ecclesia fugientem ad illam. C. de his qui ad eccle. confu. l. fin. §. sicubi. Quinto in hoc casu, qui nouus casus est, in his ergo casibus non excusatur quis a pęna temporali, quantumcunque pęniteat. est tamen locus pęnitentiæ spirituali & reconciliationi diuinæ, quantumcunque deliquerit. 50. dis. ferrum. de sum. tri. firmiter. §. penul. Sci-
12 mus enim, q̄ † pœnitentes & reuertentes ad cor suscipit Deus. in Aut. ut non luxu. contra naturam. circa prin. col. 6. nec ecclesia claudit gremium. sup. e. li. de hær. super eo. remittit Host. de his ad summam de pœnis. §. & quibus. sub §. illud aũt. ¶ In gl. vlt. Host. exponit. i. non obstante appellatione, uel contradictione cuiusquam, quæ in talibus admittenda non sunt. sup. de offi. or. licet.

S V M M A R I V M.

1 *Patronis egentibus alimenta præbentur pro modo facultatum.*

C A P. II.

Pręlatis. Primo ponit dictum, quod secundo probat per euitationem absurditatis, ibi alioquin (quę talam) caute facit clericus, si dicat, conqueror potius quam accuso. & sic teneat secum textu & eius verbis. hoc dico propter no. 2. q. 7. laicos. all. c. seq. in fi. pe. glo. & per c. nullus. 2. 11. qõ. 1. & per id, quod no. Inn. de accu. cum P. Puto tamen, quod quamuis dicat, accuso. si tamen protestetur, ut hic. cessat irregularitas, unde & querela inofficiosi dicitur accusatio. C. de inoffi. test. parentibus. & l. in arenam. (prouideri) canonem idoneam secundum Arch. alle. quod legitur & no. 32. q. 1. de Benedictio. gl. hic in fi. aliter intelligit dictum Arch. procedere, quando de iteratione offensæ esset præsumptio contra malefactorem, puta est nobilis, vel põtẽs uicinus ecclesię, deprædatus est pluries ani-

malia

malia ecclesię, vel offendit personas ipsius, vel dāna dedit in nemoribus, vel rebus ecclesiæ(ad vindictam]arg.cōtra 45.dist.qui emendat, vbi de hoc. Arch.(non dēt)intelligit Gui.ēt si illū malefactorem tradāt, vel capi procurēt, hoc no.in Spec.c.a. §.iuxta.d.ver.quid si clericus tradat, hoc tñ intellige cum determinatione, q̄ ibi subdit. & q̄ plene ponit Host.in sum.eo.tit.§.qua pęna.ver.vctū circa materiam, loquendo de illo, q contrariū ꝓtestationis gerit in aīo(daretur)ꝗ fieri non dēt, de iureiu.si vero. Arc.Prima gl.ponit summam, & q d declaret, gl.prouidet, dat tria similia, & obiectionem tripliciter soluit. Antep.gl.rñ.p qō. & sol.In gl.prouidet.ibi, egi.& l.hatū has duas. & l.a.l.1. de vsur.vide in c.in nra.ĵ. allegato sup 5.gl.& ibi.§.alimē
1 ta. pro † mō facultatū p̄bentur alimenta patronis egētib. sed si hñt vñ se alant, cessat officiū iudicis. In gl.1.in fin.& qōnē venerabilem.t.t.& t 4.eo.tit.In gl.4.in fi.idem no.in Spe. de treu.& pa.ver.& no. Ar.alle.45.di.& qui emēdat. & 1.q.4.quia pręsulatus.per quas gl.patet cōiter teneri, ꝗ breuiter dicit gl. De secundo non est dubiū vt hic, & in p̄dictis iurib.ad idem ĩ. de sent.excō.porro.& e.parochianos. & c.ea noscitur.& cōquesti.& vide quod scripsi sup. de iniur.olim, in vlt.gl. Sed est de primo sciendum, ꝗ fm deriuatores. Ran.idem est quod ira.inde Rācor.i.ita cordis, vel odium, ꝗ aūt illud sit remittendū, patet ēt ex veteri testō, Leuiti.19.ibi. non oderis fratrem tuum in corde tuo, non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ, & Ec. 10.iniuriæ proximi ne memineris, & nil agas in operibus iniuriæ. Patet idem ex nouo Mat.5. Lucæ.6.diligite inimicos vestros.probatur & id tripliciter.ex Epl'a Io.prima ibi patet, ꝗ p odium proximi receditur a dilectione Dei cōmittitur homicidium & itur in tenebras. de primo ibi.4. c.in fi.qui dixerit diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. de secūdo ibi.3.c.ois qui odit fratrem suum homicida est.s.aiæ suæ. de 3.ibi.2.c.ois, qui odit fratrem suū in tenebris est, in tenebris ambulat, per tenebras peccata signantur.ad Ro.13. abiiciamus opera tenebrarum, & Io.3. & de off.delrg.consuluit. qui male agit lucē odit. dato igitur ꝗ sis offensus, rancorem dimittere teneris. vñ Hier.super illud Mat.5.qui irascitur fratri suo &c. dicit ꝗ falsa est litera, quæ habet, sine causa, dicens illam radendā, quia ois iræ occasio tollitur, quia ira iustitiā Dei non operatur. fateor aūt, ꝗ licet amor debeatur proximo fm id, quod habet a Deo.s.naturā & gratiam.& sic loquitur Matt.22. in fi.vbi dr̄, ꝗ tota lex pendet in dilectione Dei & proximi, non tñ est diligendus, secūdū id quod habet a se, vel a demone.s.voluntatem inordinatā ad culpā, & maxime in effectu secuto, fm id loquitur psal.25.odiui ecclesiam malignantiū & c.18. iniquos odio habui. ad Ro. 1.detractores odibiles Deo.hinc est, ꝗ licet parētes scdm naturam & attinentiam sint honorandi. Exo.20.& in Hieronymo specialis est rubrica de parentibus honorandis, si tamen filios impediūt accedere ad p̄fectionem diuinę gratiæ, sunt odiendi, sic procedit illud Lucæ 4.qui non odit patrem & matrem, non pōt meus esse discipulus. & vide io Hiero. ad Furiam.B.sic loquantur canones.86.di. odio.23.q.4.duo ista.& constat, ꝗ odire culpam in fratre spectat fratris amorem, cum eiusdem rōnis sit velle ipsius bonū, & odire ipsius malū. Scias ꝗ qui composuit librum de virtutibus mollire conatus est duriciem præcepti de inimico diligendo, curiosus in hoc, ibi videat sub tractatu de charitate, circa fi.& facit 23.q.4.cum in legr. ¶ In gl.prouidet.ibi, vbi de hoc, & ĵ.de sen.excom.Rom.§.caueant.& in fine.vide, quod dixi in textu. ¶ In gl.idem fi. in fi.& in decreta.vltima.ne cler. vel monaci.

C A P. III.

Is qui. Ponit dictum, cuius cās subdit ibi, cum mandādo [mandat]inter mādantē & consulentē multę sunt drīæ, quas collige ex his, quæ scripsi post Inno. & Hostien. ŝ.eo.ad audientiam. vbi inuenies multas quæstiones circa id, quas ponit etiam Speculator in speculo.tit.1.§.iuxta propositionis.vet.sed quæritur, qñ occasione homicidii, & trib. col.seq. (mutilet.) no.ex mutilatione sicut ex homicidio irregularitatem induci.concor.ele.e.ti.si furiosus.vbi de hoc nouem concordantias inuenies in 5.gl.(occidat)quid si non occidat, sed occidatur, satis inconsulte tractatur hæc qō in p̄di.decr. ad audientiam.in magna gl.circa medium gl.ver.quid si consulat, ꝗ alium occidat.quid ibi dicant Inn.& Ho.qd' ponit etiam Guil.in Spec.de leg.§.iuxta.vet.quid si alius consuluit.rationes quę sequuntur, concludūt contra mandantem, ꝗ sit iuris, & ita credo, & fortius in illo, de quo loquitur, qui plus peccabat.s.homicidium consulendo, ꝗ iste nō faciebat, imo fieri prohibebat. imo & per hāc dec. vr̄ iuris consulens aggressionem, si ex illa sequatur mors, vel trūcatio(cum)pro quia, est.n.redditiuum causæ.a.de consue. c.fi.aliter ponitur de commo. c.vno.in princ.vbi de hoc mandando, dicit Io.mo.mandando illicitū mandasse vr̄, quo verisil'.cōcomitari poterāt, & ideo inhibitio non ꝓfuit, quasi sibi contrarius sit.C.de furtis.l.1.ad primum facit.ŝ.e.li.de re iud.abbate.ad fi. Prima gl.dicit qd declaret. Secunda obiicit. In gl.pe.ibi, si l'c.vide in c.statim alle.super vlt.gl.In gl.ibi, qui occidit.§.in hac.penult.§.vide.sup.de rest.sicut.sup.gl.3. In gl.1.in fi.Guil.de hoc tractat in Spe.de leg §.iuxta.vet.sed quæritur, qñ, licet non exprimit de illo, qui expresse prohibuerat.In gl.2.ibi, non incurrit. facit e.tit.dilectus. & cap. significasti. & de cle. pu.in du.c.2.In gl.istud est.ibi, culpa.vel mora, ista duo astringunt ad casus qui sequuntur. C.de condi. ob turp. ea.l.fi. C.de con.fur.l.a.Io.mo. hic patet, de commo.cap. vno.de deposi.2.& in fi.& per hanc literam patet, decet.lo cum non habere in illo, qui licite verberari mandabat.

De vsuris. Rub.

S V M M A R I V M.

1 *Vsura est species furti.*
2 *Pecunia non est bonum per se, sed est mensura bonorum.*
3 *Vsurarius punitus per iudicem ecclesiasticum de vsura, an possit per secularem postea puniri.*
4 *Vsurarij olim dicebantur caursini in Francia.*
5 *Vsurarius est maledictus super omnes mercatores.*
6 *Interdictum vniuersitatis differt ab interdicto terræ, vel loci.*
7 *Bānum potest præmitti, ꝗ omnes fœneratores alienigenæ infra certam diem exeant terram sub certa pœna.*

C A P. P R I M V M.

Vsurarum. Diuisio in t.glo.dicit Franciscus, ꝗ hæc constitutio facta fuit pp Florētinos, Senenses, Pistorenses, Lucanos, & Astenses, qui circuibāt diuersas ꝓuincias ad exercendas vsuras, immoderatas, & quia per multos p̄latos & principes recipiebantur. Iō hic prouisum[voraginem] Lucanus. Hinc vsura vorax auideq; in tpe fenus. vorago dr̄ profunditas, siue baratrū, ad quod tēdunt vsurarii fm Cle. ꝓprie voracitas dr̄ edacitas & gulositas, quæ oīa consumit.& sic primo ꝓ consumptione & destructione(aīas deuorat]contra, aīa est mortalis, ergo non deuorat, dicit Io.mo fm Gregorium 4.dialogorū. ꝗ aīa est immortalis quo ad viuere, quia illud nunquā amittit, sed est mortalis quo ad bene viuere, quod perdit per pctm̄ mortale, dicebat hic Bar.pp tale periculū aīarū vsuram esse crimen ecclesiasticū. Itē q̄a leges tale crimen nō prohibebant, immo permittebant attendēdo vtilitates & necessitates hoīum, ideo necessariū fuit, ꝗ canones se intromitterent, ne crimen vtroque testō prohibitū impune trāsiret. Io.mo. hic super rubrica late prosequitur hoc dictū. primo sic pro-
